

**III. Indiculus regis ad metropolitanum, ut designatum A IV. Indiculus alter ad episcopum, pro eadem designati episcopum ordinet cum suis comprovincialibus.**

<sup>a</sup> Domino sancto sedis apostolicæ dignitate collendo in Christo Patri ill. episcopo ill. rex. Credimus jam ad vestram reverentiam pervenisse sanctæ recordationis, etc. (*Marculf.* l. 1, c. 6).

<sup>a</sup> *Ibid.*

<sup>b</sup> Ille rex viro apostolico ill. episcopo. Quamlibet

nos ad administrandum gubernandumque rerum statum praecelsis occupationibus regie sollicitudinis causa constringat (*Marculf.* l. 1, c. 5).

<sup>b</sup> *Ibid.*, pag. 637.

## FORMULÆ DIVERSÆ IN EPISCOPORUM PROMOTIONIBUS USURPATÆ POST RESTITUTAM ELECTIONUM LIBERTATEM.

**I. Epistola Hincmari metropolitani ad Regem, ut clero et plebi Silvanectensi novi episcopi electionem permittat, et visitatorem designet qui præsens electioni.**

Domino Carolo regi gloriose sit semper salus et vita. Septimo Idus Junii, circa horam secundam, venerunt tres clerici et duo laici Silvanectensis ecclesiæ ad exiguitatem meam, innoentes eamdem ecclesiæ, fratrem et consacerdotem nostro Erpoino defuncto, viduatum esse pastore, ferentes etiam ipsius ecclesiæ tam clericum quam plebis petitionem ut eis pastor secundum sacras regulas tribunatur. Quos interrogavi si verbum haberent de pace cleri et plebis ecclesiæ ipsius ex aliqua designata persona. Qui responderunt se non aliam petitionem ex parte sacerdotum suorum adferre, nisi ut apud solitam misericordiam vestram liberam illis ac regularem electionem obtinere satagerem: quatenus secundum sacras regulas illæ, canonico visitatore directo, ab omnibus Ecclesiæ ipsois alumnis valeat eligi cui debet ab omnibus obediens. Ego autem licet, ut praefatum est, sacerdotem vestrum Erpoinum per fratrem Hildeboldum presbyterum nostrum VIII Idus Junii defunctum audierim, non tamen statui antea dominationis vestrae quicquam inde suggerere aut pro eadem ecclesia postulare priusquam secundum regularem morem ab ea legatos acciperem. Quia, ut Leo in decretis suis dicit (*Cap. 49*), si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus providerint scienterque curandum est ut in domo Domini nihil sit inordinatum nihilque præpostorum, quanto magis elaborandum est ut in electione ejus qui supra omnes constitutur non eretur? Nam totius familie Domini status et ordo nulabit, si quod requiritur in corpore, non sit in capite. Ubi est illa beati Pauli apostoli per spiritum Dei emissa preceptio, qua in persona Timothei omnium Christi sacerdotum numerus eruditur, et proinde unicuique nostrum dicitur: *Manus nemini cito impinguem, neque communices peccatis alienis* (*I Tim. v. 22*). Unde religiosa sapientia vestra inter alia haec duo decretalia beati Leonis sagacissime ponderabit, quibus dicit ut in domo Domini nihil sit inordinatum nihilque præpostorum. Quæ si idem sanctus et sapiens ita aperie non poneret, subtilitas intellectus vestri sufficenter enuclearet. Propterea, Domine reverentissime ac clementissime, dignetur mihi dominatio vestra litteris suis significare quem vultis de coepiscopis nostris ut ei ex tua litteris canonicas dirigam, et visitatoris officio fungens in eadem ecclesia electionem canonica faciat, et aut per se aut per litteras suas vicario suo deferente, eam-

B dom electionem cum decreto canonico singulorum manibus roborato ad me referat, ut per me ipsa electio ad dominationis vestrae discretionem perveniat. Et quia in domo Dei, ut ex verbis Leonis premisisimus, nihil auctoritas patitur inordinatum esse, nihilque præpostorum, cum vota concordia cleri ac plebis in electione regulari vel vestra dominationis consensus cognoverimus, litteras metropolitanæ auctoritatis super electionem certæ personæ ad coepiscopos Rhenum dioceseos dirigemus, certum diem et locum eis designantes quando et quo ad ordinationem ipsius electi aut ipsi convenienti, aut litteras sui consensus per presbyterum aut diaconum vice sua transmittant.

**II. b Epistola Hincmari metropolitani ad Hedenulfum, Landunensem episcopum, ut visitatoris officio fungatur in electione episcopi Cameracensis.**

Hincmarus, sanctæ metropolis ecclesiæ Rhenum episcopus, ac plebis Dei famulus, dilecto fratre ac venerabili consacerdoti nostro Hedenulfo salutem. Dilecto fratre ac venerabili consacerdoti nostro Joanne ecclesiæ Cameracensis defuncto, hortor ac moneo dilectionem tuam, frater charissime, ut ejusdem ecclesiæ officio visitatoris nostræ humilitatis metropolitanæ delegatione suscepso, ad eamdem ecclesiæ quantocius studeas properare, ac assiduis hortationibus clerum plebemque ecclesiæ publice admonuere testimes ut, remoto privato studio, uno eodemque consensu talesibi præficiendum expectant ac eligant sacerdotem qui et tanto ministerio dignus valeat reperiri, et a venerandis canonibus nullatenus respiciatur. Formam autem electionis, qualiter et qualem eligere debeant, tuæ dilectioni transmitto; quam publice coram omnibus tua solertia relegi faciat, ne de ignorantia se quilibet excusare prævaleat. Quæ electio non tantum a civitatis clericis erit agenda, verum et de omnibus monasteriis ipsius parochiæ et de rusticarum parochiarum presbyteria occurrant vicarii, commorantim secum concordia vota ferentes. Sed et laici nobiles ac cives adesse debebunt, quoniam ab omnibus debet eligi cui debet ab omnibus obediens. Et si post lectioem formæ electionis a nobis per tuam dilectionem eis transmissas concordes omnes in quicunque regularem personam inveneris, moneas eos decretuin canonicum ab eis fieri ac singillatim omnium manibus roborari; et cum decreto canonico, atque cum tantis qui sufficenter omnium vice testimonium electo ferre possint, cum eis mandavero, eundem electum ad nos adducere curent <sup>c</sup>.

<sup>b</sup> Edita a Cordesio int. Opera Hincmari, pag. 581, et in Catalog. testim. veritat., pag. 188, et a Sirmondo, Conc. Gall., tom. II, pag. 639.

<sup>c</sup> In altera Hincmari <sup>\*</sup> epistola, quam eadem for-

<sup>a</sup> Edita est a Cordesio int. Opera Hincmari, pag. 583. Edita etiam in Catalogo testimoniū veritatis, pag. 186 primæ Edit. et a Sirmondo, Conc. Gall. tom. II, pag. 638.

Vide Morinum, de Ordinat. sacr., part. II, pag. 304, 332.

<sup>\*</sup> Edita est in Operibus Hincmari Cordesio editis, p. 593.

**III. a Epistola Hincmari metropolitani ad clerum et plebem Cameracensem, ut canonicam electionem faciant cum visitatore sibi designato.**

Hincmarus, sanctæ metropolis ecclesiæ Rhenum episcopus, ac plebis Dei famulus, clero et plebi in parochia Cameracensi consistenti. Quia defuncto dilecto et venerabili confratre ac consacerdote nostro, Patre videlicet ac pastore vestro Joanne, necesse est ut de eligendo atque constituendo vobis pastore et doctore atque rectiore secundum ecclesiasticas regulas votis nostris in unum, Domino mediante, convenientibus, præmissis jejuniis ac litaniarum obsecrationibus, traciare quantocius maturitatis, et exorato eo a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, quique facit unanimes habitare in domo, ita vos una cum studiis hujus venerandi fratris ac coepiscopi nostri, cui secundum institutionem canonicam visitatoris officium in ecclesia, cuius amore ac vigore fovemini, delegavimus, in electione regulari concorditer uniatis. Talem autem vobis futurum pastorem eligit qui merito vite et scientiae doctrina vobis præesse valeat et prodesse, quique a canonibus sacris non discrepet. De eujus electione decretum canonum unanimi voto agere et sigillatum omnium vestrum manibus in praesentia hujus visitatoris vestri robore satagit.

**IV. b Epistola Hincmari altera ejusdem argumenti, ad clerum et plebem Bellocensem, in qua et formam recte electionis insinuat.**

Hincmarus, sanctæ metropolis ecclesiæ Ithemonum episcopus, ac plebis Dei famulus, clero et plebi in parochia Bellocensi consistenti. Quia defuncto dilecto vel venerabili confratre ac consacerdote nostro, Patre videlicet ac Pastore vestro Ilodone, electione canonica a Domino nostro rege vobis solita benignitate concessa, necesse erit ut de eligendo atque constituendo vobis pastore vel doctore atque rectore secundum ecclesiasticas regulas, votis nostris in unum, Domino mediante, convenientibus, præmissis jejuniis et litaniarum obsecrationibus, traciare quantocius maturitatis, et exorato eo a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, quique facit unanimes habitare in domo, ita vos cum studiis hujus venerandi fratris ac coepiscopi nostri, cui secundum institutionem canonicam visitatoris officium in Ecclesia, cuius amore vel vigore fovemini, delegavimus, in electione regulari concorditer uniatis, ut pastore vos diutius destitutos non doleatis. De eujus videlicet a nobis consecrandi episcopi electione pro imposito nobis ministerio et cura totius provincie secundum mystica Nicæna synodi canones delegata fraternitati vestre auctoritatem divinitus promulgatam intimare satagimus. Primo scilicet ut decretum sine visitatoris praesentia nemo conficiat, eujus testimonio clericorum ac civium possit unanimiter declarari. Deinde, ut de ecclesia vestra, sive sit in civitate, sive in monasterio, his disciplinis institutum, et ita apostolicæ formæ convenientem, de diaconibus vel presbyteris eligatis vobis, auctore et laudore Domino, consecrandum episcopum, sicut cum de eligendo aique constitudo episcopo ageret, Tito et Timothœo

mula scribit ad Hildebertum Silvanectensem, ut visitatoris officio fungatur in electione episcopi Bellocensis post obijum Odonis, hoc solum est discriminem, quod sub initium adjecta est mentio consensus regii hoc modo: «Officio visitatoris, consensu domini nostri Ludovici regis, nostræ humilitatis, etc. » Sub finem vero, verbis illis omissis, cum eis mandavero, paulo longius excurrit in hunc modum: « Eundem electum ad nos adducere tecum examinandum procura. Tua autem dilectio, frater charissime, solerti cura in hac electione invigilet, præsertim cum nobiscum tibi necesse erit ei qui ordinatus est manus imponere; qui

A Paulus depingit apostolus (*Tit. 1, 7 seq.; 1 Tim. iii, 2 seq.*). Et si, quod absit, de civitatis ac parochie vestre clericis ordinandus episcopus nullus dignus vel idoneus summo sacerdotio, quod evenire non credimus, poterit inveniri, tunc alterum de altera dioceesis nostræ ecclesia, unde nobis secundum Africani concilium (*Can. 22*) sine cuiusquam contradictione ordinandi quemquam canonice electum et petitum est attributa licentia, eligere procure, qui merito vite et scientiae doctrina vobis præesse valeat prodesse, quique sacris canonibus, præcipue capitulo Carthaginensis concilii (*Concil. Carthag., iv, cap. 1*), qualis debet ordinari episcopus, non debeat obviare, et a decretis Patrum, Siricii videlicet, Innocentii, Celestini, Leonis, Gelasii, atque Gregorii, quantum patitur humana fragilitas, et poteritis conspicere, non valeat quoquo modo discrepare. Si etiam de alterius dioecesi archiepiscopi vel parochia episcopi quempiam vobis notum proficuum est utilem eligere malueritis, necesse vobis erit, cum beneplacito illius episcopi cuius intererit, et litteris canonicis petitum obtinere, et ad nos illum mediante visitatore vestro examinandum adducere, quatenus, si congruus sacris canonibus inventus fuerit, vobis ordinetur episcopus. Ante omnia autem cavele in electione pontificis malum simoniaca heresos, ne pro dato aliquo vel promissione illicita, neque pro gratia cuiuscunque, vel familiaritate aut propinquitate alieujus, quemquam attentatis eligere, non eum cui nulla natalium, nulla morum dignitas suffragetur, vel qui originali aut alicui conditioni obligatus detineatur; nominem ex laicis neophyti, id est, noviter attonsum, et sine disciplina, vel non per tempora constituta ad ecclesiasticos gradus provectum. Quod ideo specialiter designaveris quia cum canones dicant, *Nullus ex laicis ordinetur*, demonstrant quod non de omnibus sit laicis constitutum. Neque enim clerici nasci et non fieri possunt. Sed designata sunt genera de quibus ad clericatum pervenire non possunt. Id est, si quis fidelis militaverit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulaverit, si quis fidelis administraverit, si quis vir ante servivit, si quis publicam penitentiam pro culpis criminalibus egit, si quis bigamus vel maritus viduæ fuit, vel si concubinam vel pellucem novit. Cavete nihilominus ne illiteratum vel alicuius heresos peste corruptum, ac aliquorum membrorum damnatio perpessum, non negotiatorem clericum, aut in honestis et turpibus lucris incubantem, aut horrendis quibusdam criminibus implicatum vel diffidatum, vel dæmonis similibusque passionibus irritatum eligere attentatis, sed domui Dei dignum, fidelem atque prudentem ministrum et dispensatorem eligite, quatenus interius exteriusque decenter ornatus, formam videndi vobis religiosa conversatione demonstret, vel sana doctrina, inter hujus mundi ac tribulationum tenebras recta calle gradiendi sine offensione ad portum salutis lumen manifestare prævaleat, et contra barbaricam infestationem, si, quod absit, acciderit, vobis ferre auxilium prudenter sciat, utilitate valeat, temperantia consulat, et sic exterioribus administraret ut interiora non deserat, sic interioribus serviat ut exteriora penitus non relinquat, et ambidexter contemplationi

bene hosti præceptionem beati apostoli per spiritum Dei emissam, qua in persona Timothœi omnium Christi sacerdotum numerus eruditur. Primum unicuique nostrum dicitur: *Manus nemini cito impinguari, neque communices peccatis alienis, etc.* St. X.

<sup>a</sup> Edita est in Operib. Hincmari pag. 598, et in Catalog. test. verit. pag. 189, et a Sirmundo, Conc. Gall., tom. II, pag. 640.

<sup>b</sup> Edita est in Operib. Hincmari, pag. 599, et in Catalog. test. verit., pag. 188, et a Sirmundo, Conc. Gall. tom. II, pag. 640.

mento inserviat, vita activa servitiis intentus, ut fidelis servus et prudens, conservis in tempore tritici mensuram, id est modum verbi fidei probate dispenset, non solum in praedicationis sermone ac conversationis exemplo, verum in cunctis saluti ac vita necessariis necessaria et opportuna provideat. Hujusmodi, quantum Dominus dederit, ipso cooperante, electum cum visitatore vestro, presente scilicet confratre nostro, et cum decreto canonico ad humilitatem nostræ sollicititudinem examinandum adducite, quia, ut longe ante nos dictum est, non est facile dimittendus cui est proximum committendus. Prænoscere vos denique volo quia si personam a sacris canonibus deviam scienter nobis adduxeritis, non solum ex ea pontificem non habebitis, verum etiam pro illicita electione, ut contemptores canonicum, judicium incurreatis. Sed et nostro ac copiscoporum nostrorum iudicio, refutata rationabiliter electione vestra incongrua, talem secundum Laodicenses canones studebitis eligere qui vestria virtutis voluntatibus non valeat consentire, quia, sicut bene potentibus dicit Dominus, *Petrite et accipietis* (*Math. vn. 5*), ita et per apostolum male potentes redarguit dicens: *Petritis et non accipitis, eo quod male petatis* (*Jac. v. 5*). Petrite, fratres, at ut vobis pastorem secundum eum sumum tribuat. In cujus electione si non plus temporalia quam spiritualia commoda studieritis attendere, gratiam sue electionis electioni vestrae bonorum operum et piorum studiorum auctor et cooperator studebit accommodare, qui non sicut homo tantum in facie, sed singulorum corda scrutatur et renes (*I Reg. xvi*); cui est honor et gloria, potestas et imperium in saecula saeculorum. Amen.

V. Excusatio Rhemensium qui, ante visitatoris adventum episcopum, post Hinckmari mortem, elegisse dicebantur, ad Hildeboldum Suessionensem et caeteros provinciae Rhemensis episcopos.

Sanctissimo et reverentissimo Patri domino Hildeboldo venerabili episcopo, una cum ceteris episcopis hujus sanctæ sedis metropolis ecclesie, canonici et monachi et etiam quidam laici sanctæ sedis Ithemensis ecclesie, quorum nomina subter ascripta patetbant, præsentem felicitatem æternamque beatitudinem. Noviter paternitas vestra ad exequitatem [exiguitatem] nostram pervenisse quosdam, qui, sicut ait Apostolus, in hac parte ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis (*I Joan. ii. 19*), vobis nuper et domino Hagoni abbatii et Angeluvino venerabili episcopo et aliis quibusque de parte nostra generale mandatum pertulisse, videlicet a majori usque ad minimum omnes electione facta, contra omnem constitutionem canonicanam, antequam visitator ad nos pervenitus sit, consensisse, et nomine tenus quemdam designasse, et hanc falsitatem usque ad regias aures jam pervenisse. Quod nos non tam præsumptio et, ut apertius dicamus, stolido ullo modo egisse quæsumus vos primum scire, ac per vos prefatum dominum abbatem vel episcopum Angeluvinum ceterosque omnes ad quos hæc pravitas vulgariter potuit, certos reddere flagitamus; et sicut haec nos abstinimus ab ullius certa personæ electione, ita deinceps, donec pietas divina et regia clementia nobis concederet visitatorem, abstineremus pro certo noveritis. Unde et uno parique consensu unum a nobis non minus fidem quam fidelem fratrem nostrum nomine Guntramnum, venerabilem monachum et sacerdotem atque præpositum cœnobii Al-

<sup>a</sup> Hæc similis altera in Codice Tiliano legitur Illeivei archiepiscopi ad eosdem Bellovacenses, de eligendo episcopo post obitum Erminii. SIRM.

<sup>b</sup> Edita a Sirmondo, Conc. Gall., tom. II, pag. 643.

<sup>c</sup> Haec etiam exorsatio Rhemensium ex veteri Codice sancti Laurentii Leodiensis, ubi inscribuntur: Con-

A tivillensis, cum his pariter apicibus vobis direximus, qui viva voce ea etiam quæ hic longum fuit inserere, verbis per singula manifestet. Et hæc sunt nomina eorum qui bujus excusationis et præfatae culpatiōnis uno consensu ad vos hæc dirigunt. Valedicta paternitas vestra ad vota nostra semper in Domino. Data Nonis Februarii.

*Nomina canonorum de congregations sanctæ Matris.* Framerius presbyter atque vicedominus S. Teuto presbyter atque præpositus S. Odalbarius archipresbyter pro se et ad vicem Hildradi archipresbyteri S. Obertus decanus S. Rodoardus presbyter S. Sichelminus indignus presbyter S. Seulfus presbyter S. Teudericus presbyter S. Rothardus presbyter S. Calestus presbyter S. Walthadus presbyter S. Hardierus presbyter S. Romoldus presbyter S. Guntbertus presbyter S. Rodoalnus presbyter S. Samubel presbyter S. Ildebrannus diaconus S. Erchanneus diaconus S.

**B** *Monachi de sancto Remigio.* Thetholdus presbyter atque præpositus S. Rotfridus major monachus S. Boso presbyter et monachus S. Rotgerus presbyter et monachus S. Rotfridus minor et presbyter S. Floudivinus presbyter et monachus S. Beroldus presbyter et monachus S. Guntigerus diaconus et monachus S. Bernerus diaconus et monachus S.

*Canonici de sancto Basolo.* Ramigilius presbyter S. Amarilicus presbyter S. Wanungus diaconus S.

*Canonici de sancto Theodorico.* Erloldus presbyter S. Odilbertus presbyter S. Emericus diaconus S. Thererus diaconus S. Waltharius diaconus S. Ageardus diaconus S.

*Monachi de Orbacis.* Rambradus præpositus S. Ilmerodus decanus S. Lantiberus diaconus S. Rodoardus diaconus S. Siefridus diaconus S.

*C* *Vasalli.* † Liudo. † Odalricus. † Fidentius. † Gisbinius. † Rotnarus. † Ulo. † Geroldus. † Gislemarus. † Sidrach. † Allo. † Iladericus. † Rodulfus. † Ilagano. † Rumberus. † Vuido. † Adroldus. † Gerardus. † Framericus. † Rotwardus. † item Iladericus. † Beruo. † Magembodus. † Brunerus. † Nodilo. † Amalraus. † Amalbertus. † Agbertus. † Gerbertus.

**D** *VI. Allocutio missorum imperatoris Ludovici Pi ad clericum et plebem electione causa congregalam.*

[Ex Codice sancti Michaelis ad Mosam.]

Adnuntiamus vobis, dilectissimi fratres, quatenus divina inspiratione admonitus Dominus clementissimus et imperator Christianissimus Ludouicus unamquamque rem quæ virtus aliquo depravata fuerat ad suum jus et ad rectitudinis tenorem nititur revocare. Et maxime de his quæ ad Dei Ecclesiæ pertinent euram gerit, ut suos omni modo habeant honores, et ut rectiores eaurum apti sint ea præsidere quæ eis commissa sunt. Notum sit omnibus suis fidelibus, qui in ista parochia consistunt, ideo nos huic missis suis, ut concessam ab eo potestatem inter vos eligendi sacerdotem annuntiaremus, quia multum ei vestra fatigatio abhorret, quod tandem absque pastore et rectore erratis. Quamobrem imperialis clementia atque prudenter talium virum a Deo electum et omnibus probatum eligere sanxit qui ad utilitatem omnium in sancta Dei Ecclesia proficiat. Et universa vestrae sanctitati enumerare jussit, quibus virtutibus et moribus ornatus, quibusque virtus

sensus canonorum et monachorum Rhemensis Ecclesiæ de electione domini Fulconis, qui Hinckmaro successit. SIRM.

<sup>d</sup> In Sirmondo sic est titulus: *Allocutio visitatoris episcopi ad clericum et plebem*, Conc. Gall., tom. II, pag. 64.

et reprehensionibus innotabilis existere debeat qui ad falem honorem desiderat pervenire; cuius optime beatus Paulus apostolus vitam moresque discutiens in Epistola quam scriptis ad Timotheum. Dicit enim: *Si quis episcopatum desiderat, usque ne incidat in laqueum diaboli (1 Tim. iii, 1-7).* Item ad Titum de eadem re scribens ait: *Hujus rei gratia reliqui te Cretae, usque et contradicentes resistere (Tit. i, 5-9).* Apportetur liber, et praesentibus vobis istæ sententiae legantur. Volumus ut etiam canones coram vobis legantur, in quibus præcepta nostræ vita continentur; ut in illis potius discamus quales ad tale ministerium promoveri convenient. Ideo revera et sententias Apostoli et capitula canonum legi præcipimus, ne quis ignoracionis causa se possit tueri, si de electione fuerit jure correptus. De canone apostolorum c. 17, 18, 50, et 57, legatur. Item de canone Antiocheni [concilii] c. 49, item de canone Laodicensium cap. 12, et cap. 13. Item de canone Chalcedonensi cap. 11, et cap. 4. Item de canone Sardicensis concilii cap. 11, et cap. 5. Item de canone Africani concilii cap. 17. Item de canone Hipponeensis concilii cap. 17, et cap. 57. Item de decretis pape Siricii cap. 8, et cap. 9, et 14. Item in decretis Zozimi cap. 3. Item in decretis Innocentii cap. [4]. Item in decretis Gelasii cap. 24. Item in decretis Celestini cap. 18, et 20. Item in decretis Leonis papæ cap. 33, et cap. 35, et cap. 49.

Meminisse vos decet, o Dei sacerdotes, propositi et ordinationis vestrae, qui gubernacula tenitis animarum, et positi estis columnæ in Ecclesia Dei ad sustentandos infirmos, ad confortandos inbecilles, ad consolandos pusillanimos. Vobis cura pauperum commissa est, vestro ore corpus Christi conculcit, per impositionem manuum vestrarum a laqueis diaconi homines liberantur. Cavete ne ab adversario decipiāt, ut concessa potestas eligendi in magis vos ponat periculum. Bene nostis, fratres, quod periculum vobis dicimus. Id est, ne quis per adulatioñem, aut per timorem, aut per præmium, aut per aliquam talis amicitiam quam nonnulli inter se homines dando et remunerando habere solent, sed is qui dignus et omnibus amabilis, et moribus bonis, et sanctæ conversationis existens, ad istam sanctam et venerabilem sedem pontifex eligatur. Memento quemadmodum de imperio vel falsis pastoribus Salvator loquitur dicens: *Quod si cœcūs cœcum duxerit, nonne ambo in foream cadent (Math. xv, 14)?* Non dominum elige, sed sacerdotem; non tyranum, sed episcopum; non qui præesse, sed professe velet; non sum cui dominari magis quam consulere subtilis placet. Huc usque sacerdotibus loquimur, de quibus Dominus dicit: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum (Levit. xi, 41).* Nunc ad caeteros clericos veniamus, qui cum humilitate et patientia expectant donec ad altiorem promoveantur gradum, qui benedictionem jam sibi datam bonis operibus adornent, et nullis vitiis subjaceant. Vos etiam, fratres, annunciemus ut in hac electione unanimes sitis, vestrisque prioribus obedientes, pari devotione communique consilio militatatem vestram considerantes, nihil præter iliorum conscientiam facientes, una voce pariter unum Deum suppliciter deprecamini, ut qui nullis meritis facientibus potestatem vobis eligendi tribuit, sibi placibilem et vobis utilē gubernatorem inter vos manifestet. Attende ne tam præclaratorum ac deicorum munus ab illis deludatur qui magis sua considerant comoda quam aliorum. His enim nullus in hac electione locus detur qui sanctum rectumque consilium vestrum perniciosis argumentationibus dis̄turbare pertemptant; sed, juxta canonum insituta, plurimorum ac meliorum prævaleant et roborentur sententiae (Conc. Nic., can. 5). Vos ergo, virgines, viduæ, adiutorii, quæ vitam vestram soli Deo dicastis, ut ab illo cumulum mercedis alii centesimum, alii sexagesimum recipieritis, ut simul cum his quibus supra diximus una mente Deum deprecemini ut tandem vobis sacerdotem dare dignetur qui

A gregem sibi commissum ab omni periculo defendens valeat et velit. Non prætermittimus vos nobiles et fideles laicos, qui licet communib[us] astrieti et ad generandas proles legitimis conjugibus estis copulati, ut una voce, communī consilio, Deum omnipotentem pariter invocetis, ut non de aliena ecclesia sacerdotem vobis mittat, sed de ipsa familia, si dignus in ea aliquis fuerit inventus, dare dignetur. Sepe enim inter eum qui de aliâ na ecclesia fuerit pontifex factus et inter gregem sibi commissum scandala et contentiones oriuntur, et percati facientibus fit lupus qui debebat esse pastor. Et semper inter eos, ut ait Apostolus, *foris pugna, intus sunt timores (II Cor. vii, 5).* Absit ut inter vos talis eligatur qui postea de præcis actibus incuriamini [aut] condemnari posset. *Nolite errare, inquit Apostolus, Deus non irridetur (Gal. vi, 7).* Si forte aliquis per vestrum præmio[n] aut per aliquam malitiosam artem hanc sedem subripere conaverit, et hanc vobis nialum consentientibus ut in illius electio veniat, hoc nequaquam consentiemus vobis, sed domino imperatori annuntiemus; et illa sine ullo periculo, et cum licentia canonum, undecunque et cuicunque clero voluerit, dare potuerit. Et tunc merito auf[er]etur a vobis potestas eligendi, quia Deo offendistis et vosmet abominationem exhibuistis. *Si noverit vestra tantummodo astutia in hac re esse sequendum quod nec præceptis apostolicis contrarium nec decretis sanctorum inveniatur adversum (Leo I, epist. 92).*

B. C. Ienns singulariter unumque per gradum et propositum suum admonemus. Nunc generaliter ad omnes sermo noster dirigitur, quia non solum hi qui primiores, sed etiam minimi qui in ista parochia sunt, istiusmodi de rebus omnino indigent. Magnopere studendum est, dilectissimi fratres, Deum suppliciter deprecari ut tales inter vos ad suum servitium ap[er]tu et vobis profectu[um] per suam magnam clementiam manifestare diguetur. Ideoque amonemus ut triduana jejunia ab omnibus in ista parochia comorantibus fieri jubeantur, et ut elemosynæ quantumcumque dare potuerit in suo maneat arbitrio. Simulque omnes una voce unaque mente omnipotenti Deum deprecemur ut talis Dei famulus, Deoque dignus, et bonus hominibus acceptus, ad illam venerabilem sedem pontifex eligatur, qui postmodum nullo vicio, nulla reprehensione arguatur; sed sit bonus moribus oratus, et sancta conversatione suffultus, sacrisque literis imbutus, ut idoneus minister esse possit ad perficiendum ea quæ ei commissa fuerint. Quisquis abutitur ministerio, non sibi tantummodo nocet, sed etiam illis quibus ad instar speculi in altiori et eminentiori loco positus, ejus vita et actiones cunctis sub illius regimine constitutis exemplar esse debeat. Quod si ejus opera qui caeteris præpositus est doctrinam destruant, cunctus ad dispectionem suo exemplo senectusque præbet. Ideoque eadem vestigia reciprocis sermonibus iteramus, ut melius intelligatis quanto studio atque prudentia ea debitis providere quæ diutius et stabiliter debent permanere. Nobis quoque bujus electionis tantum observatio credita est; nec per ignorationem aut ambitionem delinquere sinamus. Ideoque mandamus vobis ex verbo dominii imperatoris, et per illam fidem quam Deo et domino imperatori Ludovicō jurejurando conservare prouisisti, ut ne in illo terribili examine, in quo omnes ante tribunal Judicis consistere debemus, in gravissimam damnationis sententiam incidatis, unde ultra nullatenus evadere valeatis, sed æternâ damnatione excusabilem lugitus in perpetuo puniam, ut cum quem meliorem et doctiorem et bonis moribus ornatum in ista congregazione conversari soverius, nobis eum celare non dedigemini. Non enim parva res est quam superius diximus. Eam animis mitigate vestris, ut diutius ventilata ad puritatem hujus rei et ad unanimitatem corda vestra converiat. Nunquid tam obdurati animos estis ut nostra monita surda aure peritrauseam? aut

lapideum cor et ex silice nati, quorum nostra non emolliat oratio? Quis infelicum de tali non terreatur suppicio? Quis miserorum qui talibus dictis non reveratur? Audiant hi et timeant, qui fautores fieri volunt iniquorum, Psalmistam dicentem: Si videbas farem, currebas cum eo, et cum adulterio portionem tuam ponebas (*Psalm. xlviij. 18*). Et etiam nihilominus delinquent qui pravis actibus consentiunt quam in perversa agunt. Non eon solummodo esse reos Apostolus testatur qui mala faciunt, sed qui consenserunt facientibus (*Rom. i. 32*). Timeamus ergo vestram offendere dilectionem quod tam duriter loquimur. Sed confidimus in Deo quia idcirco nobis indignari non vultus quia perversa consilia vel acta testamur. Sed quicunque irasci invult, suam magis indicare conscientiam poterit quam nostram depravare sententiam. Ideoque prius vitium accusamus quam oriarur, ut penitus dealeatur; et ne nocivum vel pestiferum genus ambitionis detrimentum in vobis creat, aut quod ulla ambiguitas sermonum vel diversitas voluntatum a vero rectitudinis tramite vosmet deviare posset.

**VII.** a Decretum cleri et plebis Ecclesie Laudunensis de electione Hedenulfi episcopi ad Hincmarum metropolitanum et episcopos provincias, ut illum ordinet.

Domino reverentissimo et sanctissimo Hincmaro archiepiscopo ceterisque vestrae dioecesos sanctis Patribus et episcopis, cleris Laudunensis, cum totius parochiae plebis et sibi conjunctis praesulibus, aeternam in Domino Iesu Christo salutem et pacem. Canonicas regulas et apostolicis institutionibus statutum esse recolimus ut quoties qualibet civitas ministerio pontificalis dignitatis caruerit, proprioque pastore vacaverit, cum decreto electionis, singulorum petentium manibus roboroato, metropolitanum adire pontificem debeant, et de substituendo in loco ejus qui decebat pastore petitione supplici commonere, quatenus et civitas sollicitudine pastorali destituta proprio recuperetur pontifice, et qui ordinandus est gratiosius possit accedere, quia cui debet ab omnibus obediri, utique debet et ab omnibus eligi (*Leo I. epist. 89. cap. 3*), ne civitas non optatum episcopum aut contemnatur aut oderit, et fiat minus religiosa quam convenit cui non licuit habere quem voluit (*Idem. epist. 84. cap. 5*); hi vero qui ordinaturi sunt, in quem viderint omnium vota propensius concordare, promptius liberiusque illi manus imponere possint. Quapropter cum decreto nostrae electionis manibus singulorum nostrorum roborato ad paternitatem vestram accedentes, Hedenulum Ecclesie nostrae filium, et in Ecclesia nostra suffragantibus stipendiiorum meritis ad onus usque sacerdotiale promotum, vita et moribus et sancta conversatione idoneum approbatum, quem per licentiam vestram, favente Christianissimo imperatore Carolo, pari consensu ac concordi devotione atque unanimi voluntate eligimus, per manus vestras ac ceterorum vestrae dioecesos sanctorum episcoporum consecrari nobisque et Ecclesia nostrae doctorem atque pontificem institui imploramus, precamur, ac petimus. Elegimus autem eum nobis fore pastorem quem apostolica formæ, qua episcopus ornatum beatus Paulus esse oportere demonstrat, congruere ei sacris non obviare canonibus, Christi gratia cooperante, confidimus. Oramus sanctam paternitatem vestram nunc et semper in Christo bene placere. Actum in Kalendas Aprilis in basilica sanctæ Mariæ genitricis Dei et Domini nostri Jesu Christi<sup>a</sup> anno Incarnationis ejusdem Domini nostri

<sup>a</sup> Editum a Sirmondo, Conc. Gall., tom. II, p. 647, et tom. III, pag. 430.

<sup>b</sup> In veteri Codice sancti Remigii Rhemensis legitur: Anno Incarnationis.... 877, regni domini Caroli imp. 37.

A Jesu Christi 876, regni Domini Caroli imperatoris 56 et imperii primo, indictione noua.

**VIII.** c Aliud decretum cleri Parisiensis de electione Aenee episcopi, quem Carolus rex insinuaverat, ad metropolitanum Senensem ejusque provinciales episcopos.

Religiosissimis patribus et fratribus (*Lipi abbatis epist. 98*), Gneuiloni [Wenilioni] metropolitanu Se- nonicæ sedis antistiti, et universo clero ejus, et celerarum ecclesiæ præsulibus que in diocesi memoratae sedis censemur, cunctisque in eis Deo famulantibus, cleris matris ecclesie Parisiorum, et fratres coenobii sancti Dionysii et sancti Germani et beate Genovesæ ac Fossatensis, diversorumque monasteriorum unanimis, praesentem et futuram salutem. Venerabilem pastorem nostrum Ercantradum nuper decessisse cum longe lateque divulgatum sit, tum sanctitatem vestram latere non potuit, nosque astici modestia de vocatione fratris defuncti, ac sollicitudine per moveri de electione successuri, prudentia vestra intelligit. Cum enim principaliter se futurum Dominus Jesus pollicetur cum his qui principes religionis existunt, non patinur diu carere antistiti, cuius doctrina ad salutem nostram instituatur, exemplo informemur, benedictionibus in nomine Domini muniamur. Ejus, utpote bonorum omnium auctoris, nequaquam nos cura desitutus firmissime credimus, dum ipse curas nostras sua clementia sustulit, et vota ultrœca benigilate prævenit. Namque ipsæ in cuius manu cor regis est, gloriosi domini nostri Caroli, quemadmodum plene confidimus, menti insidat ut ejus nos regimini committeret quem in divinis et humanis rebus sui fidissimum multis experimentis probasset. Igittu Dei pronam in nos amplectentes misericordiam, et regis nostri piam suscipientes providentiam, Aeneam, cuius præcōnia præmisimus, concorditer omnes eligimus, Aeneam patrem, Aeneam pontificem habere optamus. Quamvis enim tanta prudentia ac probitate præcellentissimus rex noster pollet ut solum ejus judicium de viro memorato posset sufficere, tamen conditionis humanæ non nescii, futurorumque curiosi, aulicorum nos ipsi propositum ac mores longe prius inspeximus, et inter graves probabilesque personas et sanctitatem serventes, hunc quem antistitem habere cupimus, quotquot eum nosse potuimus, ut nunc palam est, absque errore annumeravimus. Proinde, sancti Patres, annitimi ne dilectione divini et regii beneficii torqueamur; sed nobis suspensus, nobis desiderantibus, nobis flagrantibus, ponatur celeriter lucerna super candelabrum, ut lumen veritatis populus Dei videat, et amula devotione præsul vestigia tenens, sempiterne beatitudini preparetur. Professionem vero nostri consensus in Aeneam Deo annuente per vestrum ministerium nobis futurum antistitem subscripcionibus nostris certatum roboravimus, ut nostra unanimitate comperta, votum summa proferantia compleatis.

#### IX. *Re scriptum episcoporum ad ipsos.*

d Guenilo sanctus Senonicæ sedis metropolitanus episcopus, Heriboldus Amassiodori episcopus, Agius Aurelianorum, Prudentius Tricassinorum, Herimanus Nivernensium, Frothaldus Carnutum, Hildegarius Meldorum, clericus matris Ecclesie Parisiorum et cunctis in diversis coenobitis sub ea Deo militantibus salutem. De excessu reverentissimi coepiscopi nostri Ercanradi non inediocriter anxii, vestrique inerioris participes, tandem justissimæ dispositionis Dei meores consolationem recipimus, dum vos sub pastore

<sup>a</sup> Editum a Sirmondo, Conc. Gall., tom. II, p. 648, et tom. III, pag. 95.

<sup>b</sup> Lupi abbatis epist. 99. Sirmendus, Conc. Gall., tom. III, pag. 94.

**bono agentes, qui summe bonus est, vicarium ejus scilicet visibilem, ministeriique nostri consolorem, absque dilatatione expetere vestris litteris tenentibus lineas rationis cognovimus. Præparatum enim a Deo ei bonum exitum credimus cuius munere talam videmus patere ingressum. Quanquam nobis futurus nunc socius olim fuit præcognitus et merito suæ probitatis amabilis. Quis enim vel leviter tetigit palatum cui labor *Aenea* non innotuit, et servor in divinis rebus non apparuit? Quonobrem electionem vestram in eo factam, Deo proprio, libenter sequimur, aut eum profuturum populo ejus, ad dignitatem pontificatus promovendum, concorditer decernamus. Sit igitur vobis pastor qui pro suis in Deum meritis hene complacuit; et sequentes ejus veracem doctrinam, et sancta opera imitantes, ad cœlestis regni pascua proferentes felices. Ordinationi autem ejus subscriptissimus concorditer universi, ut securi ministerio potestatis ejus fruamini.**

**b Aliud decretum cleri et plebis Senonensis, de electione Ansegiti metropolitani, qui ex alia provincia petitus est, ad episcopos provincie Senonice.**

Dominis reverentissimis ac venerabilibus Senonum dioceſeos Patribus et episcopis, Senonum Ecclesiæ cleris, cum totis ejusdem parochiæ plebisib⁹ sibi conjunctis, pacem perpetuam et gloriam semperū semper et ubique optamus in Domino. Canonici reguli et apostolicis institutionibus sanctum esse recolimus ut quoties metropolis civitas pontificalis ministerio dignitatis caruerit, proprio vacaverit pastore, suffraganei ejusdem metropolis convenire debeant, et electionem futuri pontificis cum consensu cleri et plebis facere, ac cum decreto electionis singulorum potentiū manibus rorato suffraganeos adire debeant pontifices, ac de substituendo in loco ejus qui decessit pastore petitione supplici communere; quatenus et metropolis civitas, pastorali sollicitudine destituta, proprio recuperetur pontificis, et qui ordinandus est, gratiosius possit accedere, quoniam cui debet ab omnibus obediri, debet utique et ab omnibus eligi, ne civitas episcopum non optatum, aut contemnat aut oderit, aut fiat minus religiosa quam convenient cui non licuerit habere quem volunt; hi vero qui ordinaturi sunt, cum in quem viderint omnium vota propensius concordare, promptius ac liberius illi possint manus impunere. Idcirco cum decreto electionis nostræ manibus singulorum nostrorum rorato, ad paternitatem vestram accedentes, Ansegism presbyterum Rhenorum dioceſeos, Ecclesiæ autem Belvacensem, atque abbatem monasterii sancti Michaelis, quem per licentiam vestram, patres venerandi, Dominum etiam Christianissimo rege Carolo annuente, secundum decreta Celestini papæ (Cap. 18), ex propria Ecclesiæ deficiente electione, pari consensu ac concordia, voluntate ac devotio cleigitur nobis et Ecclesiæ nostræ episcopum atque pontificem permanentem vestram consecrari implorantes, petimus, rogamus, atque precamur. Eligimus autem, eum nobis fore pastorem quem ecclesiasticae formæ, qua episcopum ornatum Paulus apostolus esse debere demonstrat, congruere et sacris canonibus non obviare, Christi cooperante gratia, credimus. Actum v Kalendas Iulii in basilica sancti Stephani protomartyris, anno Incarnationis Domini. 871, regni vero domini Caroli glorioi regis 32, indictione 4.

**\* In Sirmundo hujus scripti sic est titulus: Epistola Wenilonis metropolitani et corporis episcoporum provincie Senonice, ad clericum Ecclesiæ Parisiensis. De Ordinato ab ipsis Aenea episcopo.**

**\* Editum a Gorodio cum Opusc. Illemoni, p. 617, et a Sirmondo, Conc. Gall., tom. II, pag. 649, et tom. III, pag. 304.**

**\* Ex his tribus decretis, primum pro Hedenulfo,**

**A XI. Epistola cleri et plebis Ecclesiæ vacantis ad metropolitanum, ut electum ab ipsis episcopum consecrare dignetur.**

**d Domino sanctorumque meritis coequando Patri Patrum dominio illi præsuli summo cunctus cleris omnisque populus sanctæ illius Ecclesiæ multimodam in Domino optamus salutem. Igitur quoties aliqua plebs vestrae ditioni subdita a proprio fuerit viduata pastore, non aliunde nisi a vobis est implorandum auxilium, quem ad hoc divina præordinavit Majestas, ut non solum vestros specialiter pascatis filios, sed etiam rectores non habentibus et spiritali pabulo indigentibus pastores tribuat. Quapropter ad vestrae sanctitatis paternitatem fiducialiter nostras fundimus preces, poscentes videlicet ut hunc illum summe honestatis bumilem vestrum famulum nobis pontificem ordinare dignemini; cuius conversationem et mores, in quantum cognovimus, laudamus, et ad tam dignum opus idoneum testificamus. Et quandiu a benedictione episcopali immunes sumus, ejus doctrina et exemplo roborati, ad viam salutis, Domino misericerte, quasi perdita ovis et inventa, reddituros nos credimus. Quod decretum nostris manibus roratibus illi. Ecclesia vestra vobis dirigere statuimus anno Incarnationis Domini, et episcopatus vestri et regis illius annis illis, indictione tali, data tali.**

**B XII. \* Epistola Ecclesiæ Senonice ad Hilduinum archicapellatum, pro tuenda metropolitani electione quam fecerant.**

Excellentissimæ venerationis honore dignissimo Hilduiu, Domino vere sanctissimo, Senonice plebis humilitate devote æternæ prosperitatē in domino salutem. Quia divina inspirante misericordia fastidiosæ importunitatis nostræ clamoribus, mi domine, sepe compati dignati estis, idcirco etiam nunc nimia compulsi necessitate vestrae celsitudinibus aures inquietare presumpsimus. Novimus etenim, reverentissime domine, quomodo prioribus petitioibus nostris benigne et misericorditer assisteret dignati estis, quomodo etiam nullis nostris meritis, et quod nunquam futurum sperabamus, alteram nobis electionem impetrare ac concedere studiustis. Sed quoniam peccatis nostris, ut credimus, exigentibus, vota et desideria, quibus sanctitatem vestram toutes pulsare ausi sumus, plurimum impedita ad effectum pervenire non meruerunt, idcirco et hac vice causas misericordia nostræ referre compulsi sumus. Fecimus, domine mi, et hunc secundam electionem, et invenimus hominem ex nostris a puero nubus bene notum, genere et moribus non infamem, docilem, ætate huic officio congruum, litteratorie professionis non usquequa ignarum, divinae quoque scientie non penitus expertem, quarundam etiam aliarum artium portionem habentem. Quem cum obtulissemus, nullatenus putantes rejiciendum, ipsa missis dominicis impedibus, quod optavimus non meruimus adipisci. Propterea vestrae pietatis vestrigiis animo pro volunti, flebili postulamus ut tandem rem suspendere dignemini quounque cum scripto homine ad vestram celsitudinem properantes ipsi vobis melius nostram pandamus misericordiam. Et si quidem ad hoc onus ferendum persona quam dicimus sufficere minusve poterit, dignationis vestre judicio aut suscipiat aut reprobetur: dum amplius nec nos acquisitis occasionibus quidam sic cracieant, nec a nobis abjectissimus vestra manuvelis-

quia novi nihil inerat, communi et recepta formula contextum est; alterum pro *Aenea*, quia rea exigebat, totum peculiare; postremum pro Ansegiso ex ultraque forma missum. SIRM.

**\* Notæ ad lib. Sacram., p. 300.**

**\* Edita a Sirmondo, Conc. Gall., tom. II, pag. 650.**

sima sublimitas diutius inquietetur. His itaque clementiae vestre suggestis atque utinam impetratis, oramus supernam misericordiam ut multimoda vos prosperitate valere concedat, et aeterna beatitudinis gaudia consequi quandoque permittat. *Eximio Domino et vere sanctissimo Hildiuino sacris negotiis a Deo praelato Senonicæ urbis abjecta humilis Ecclesia perpetuam salutem.*

**XIII. \* Ad Judith imperatricem, de eadem re.**

Inclita et omni nobilitate clarissimæ Judith gloriæ imperatrici Senonicæ Ecclesie humillima devoatio. Praesunpsimus, mi domina, auribus clementiae vestre necessitatibus nostræ causam innescere, ut per vestram pietatem de his celeriter mereamur consolationem recipere. Notum vobis esse credimus quod nobis indignissimus a domino imperatore concessum fuerit ut ex nobis ipsis electionem faciendi haberemus licentiam. Sed cum illum quem scitis elegimus, et a serenitate domini imperatoris non plene suis set receptus, permisum est nobis iterum ut alium, si potuissimus, ex nobis huic officio congruum inveniremus. Sed cum esset inventus, ut credimus, in Dei et vestro servitio habilis, nescimus ob quam causam a missis dominicis non est plena benevolentia susceptus. Unde vestram oramus benignitatem ut ex hoc nobis in adjutorium esse dignemini, quatenus suspendatur donec ipsum de quo dicimus ad presentiam domini imperatoris, et vestram, nos ipsi deducamus, et qualiter jusserris discutiatur, et probetur si nobis prodesse valeat et in servitio vestro aptus esse possit an minus. Optamus vos divinis semper muniri presidis et immortalitatis corona quandoque gloriari, piissimam et serenissimam dominam. *Excellensissime et omni nobilitate clarissimæ Judith imperatrici Senonicæ plebis humillima devo- tio.*

**XIV. \* Examinatio Willeberti Catalaunensis ordinandi episcopi, per Hincmarum metropolitanum, astantibus provinciæ Rhenensis et aliarum provinciarum episcopis.**

\* Anno ab Incarnatione Domini 868, indictione secunda, III Nonas Decemb, convenientibus apud Carismatum in ecclesia sancti illius pro examinatione Willeberti presbyteri, qui futurus erat Catalaunensis episcopus, Hincmaro diœcesis Rhenensis archiepiscopo, item Hincmaro Laudensem episcopo, Ilodone Belgivacorum episcopo, cum legatis Rothardi, Erpoini, Hilmeradi, Reginelmi, et Joannis ejusdem diœcesis coepiscoporum, vicem eoruendem Patrum suorum cum tractoriis, sicut regule præcipiunt, exhibentibus, et quamploribus abbatibus, canonicis, monachis, presbyteris, diaconibus, atque subdiaconibus convenientibus nihilominus archiepiscopis et episcopis aliarum provinciarum, Wenilone videbant Rothomagensium archiepiscopo, Hlerado Tironum archiepiscopo, Egilone Senonum archiepiscopo, et Fultero ipsius coepiscopo, præsentes adfuerunt cleris, ordo, et plebs Catalaunica, decessionem sui patris Erchanravi quondam episcopi dolentes, cum decreto canonico manibus singulorum roborato, Willebertumque quondam sacri palati presbyterum a se electum ab Hincmaro archiepiscopo et ejus coepiscopis petentes sibi ordinari episcopum. Quos inuehens idem archiepiscopus Hincmarus, cur obtutum præfati episcopi per illos non cognoverit, sed per alios hoc rescrivit, et rationes reddens pro qua

\* Edita a Srimondo, Conc. Gall., tom. II, pag. 650.

\* In Codice sancti Petri Carnotensis, unde has descripsimus, erat et tertia ejusdem argumenti epistola ad Einhardum, sed iisdem plane verbis quibus proxima ad Augustam in hunc modum: « Inclito et omni nobilitate præclaro Einhardo domino sanctissimo Senonicæ Ecclesie humillima devotione. Praesunpsimus, mi domine, auribus clementiae vestre ne-

A causa duæ electiones in eadem ecclesia facte fuerint, scilicet quia prima non regulariter facta existit, quoniam decretum non canonice factum fuit, sed postea missò ad eamdem ecclesiam visitatore Ilodone episcopo, et votis omnium in unum concordantibus, aliud decretum, quod canonicum foret, fieri præcepit. Quo dectro coram omnibus relecto, et nominibus singulorum qui illud subscripserant recitatis, interrogati sunt tam canonici et monachi de monasteriis in eadem parochia sitis, quam etiam parochiani presbyteri et nobiles laici, si in eadem electione ipsis Willerberti presbyteri consentirent. Qui omnes viva voce dixerunt quod et ipsi et illi qui illo venire non potuerunt, in eadem electione consentirent. Tunc Hincmarus archiepiscopus dixit: Quia Willerberti eligitis, et nos illum non cognoscimus, ostendite illum nobis, ut sciamus quis sit, et persecutemur si tanto honore dignus inueniri poterit. Qui in praesentia veniens interrogatus est unde esset. Isque respondit: Pago Turonico oriundus. Iterum interrogatus ejus conditionis esset. Et ille: Peccatis quidem obnoxios, sed Dei gratia natura liber. Item: Ubi didicisti? Item ipse: In schola Turonica liberalius disciplinis eruditus traditus sum. Item: Cujus ordinis, vel cuius es ordinatus? Item ipse: Praesentis patris mei domini Hlerardi per singulos gradus usque ad diaconum sum ordinatus; postea autem a boc patre meo Hlerardo litteris ad Erpoinum datis presbyterii onus suscepit. Item Hincmarus: Qua de causa in nostram diœcensem venisti? Et ille: Per li- centiam praesentis mei archiepiscopi Hlerardi a parentibus meis regiis sum mancipatus obsequiis. Item Hincmarus: Quod ministerium in regio obsequio suscepisti? Et ille: In breviator sive descriptor stipendiiorum regalium et relator a domino rege sum constitutus. Item Hincmarus: Quia conductor alienarum rerum fuisti, audi quid sanctum Chalcedonense inde dicat concilium (Can. 3). Et lectum est hoc capitulum. Ad hoc respondit: Sicut dixi, non fui conductor alienarum rerum, nec turpia luera, vel exactiones, sive tormenta in hominibus exercens, sed, ut præfatus sum, descriptor et relator solummodo stipendiiorum regalium. Unde interrogati sunt hi qui in curte degebant, si sciarent in illo ministerio hoc illum exercuisse quod sacerdoti ministerio minime conveniret. Qui responderunt, et clerici et nobiles laici, quod nullo modo in eodem ministerio perpetratum haberet quæ sacris canonibus et suo ministerio in aliquo obviare deberent. Iterum interrogatus est si aliquod ministerium de rebus ecclesiasticis aliquo haberit loco. Qui respondit quod præposituram monasterii sancti Vedasti, jubente Joanne episcopo, et consentientibus fratribus, suscepit. Et de hac iussione littera Joannis episcopi ibi relecta sunt idipsum continentis; et etiam testimonio fratrum de eodem monasterio, quod ita series haberet, et de bona vita et conversatione sua, et quod non in eodem monasterio quidquam contra sacras regulas egir, confirmatum est. Prosecutus est dominus Hincmarus: Quia ministeria domini regis habuit, nescimus si isdem dominus rex ab eo aliquid repetit vel repetere debeat. Unde nobis sua voluntas vel auctoritas necessaria foret. Et porrecto sunt litteræ cum sigillo domini regis, continentis quod de omnibus quæ illi commisit optime ei ratione reddiderit, et nihil ab eo repetere vel unquam

censitatis nostræ causam innescere, et cetera usque ad finem ut in præcedenti. Tum sequitur inscriptione: *Sanctissimo et piissimo domino Einhardo merito venerabilis Senonicæ urbis vilis et abjecta congregatio. SIRM.*

\* Edita a Srimondo, Conc. Gall., tom. II, pag. 651.

\* Vide Flouard., pag. 480 et 481.

repetere deberet. Insuper et, si eum dignum ad onus episcopale invenire valerent, episcopum Catalaunis eum ordinari petebat. Denique de his suprascriptis coram omnibus testimonio multorum et litteris idoneo approbato, Hincmarus episcopus ad Hierardum archiepiscopum, dixit: Quia vester natus, nutritus vel educatus, et ordinatus cognoscitur, et clerus, ordo, et plebs Catalaunica illum exposcit, habeamus vestram licentiam ut regulariter una vobiscum cum examinemus si tanto oneri vel honori dignus existat. Qui libentissime annuit, et jussus est sedero coram eis. Data est ei regula Pastoralis Gregorii. Et jussum est ut relegeret capitulum de eo qui processere debet, ubi scribitur: *Nulla ars doceri prae sumitur. Quo relecto, interrogatum illi est si illud intelligeret et secundum hoc vivere et docere vellet.* Qui respondit: Utique. Iterum datum est ei ad relegendum capitulum de canonibus, ubi scribitur: *Qui ordinandus est (Concil. Carthag. iv, can. 1).* Et professus est se omnia intelligere et obedire velle. Tunc relecta sunt ei placita quae episcopus jam ordinatus ab ordinatoribus et electoribus suis suscipere debet, ubi continetur qualiter vivere, docere, et subditos suos regere debet secundum sacros canones, diem praeferentia et consulem. Et interrogatum est si secundum ea omnia agere vellet. Quia minime abnuit. Tunc demum ostensus est illi libellus fidei et professionis sue, ut legeret coram omnibus quae in eo scripta erant, et si ea ita credere ac tenere vellet, manu sua subscriberet, et archiepiscopo suo halenda traderet; si autem in eo quaedam inventiret quae sensui suo offendenter, liber sicut venerari exiret. Quibus relectis, verbis fidem accommodavit, et per omnia ea se tenere, credere, ac praedicare velle professus est. Quia eni, Deo gratias, post examinationem eum catholicum, literatum, et omnimodis aptum ad sarcinam episcopalem suscipiendam invenerunt, sed tamen de aliena provincia illum fore cognoverunt, relecta sunt sacrorum canonum capitula, quid de eo dicentes qui de aliea provincia peti debere. Et inventum est quod ab eo illum petere deberent cuius natus, nutritus, et ordinatus foret. Humiliter dominus Hincmarus archiepiscopus, simul cum coepiscopis, et clero, ordine ac plebe Catalaunica, ab Hierardo archiepiscopo eum petit et impetravit, ac canonice illum ei commisit. Quem suscepimus monuit ut si ab eo episcopus ordinari vellet, libellum fidei ac professionis sue, quem jam relegebat, et quae in eo scripta erant se credeat ac tenere ante paululum professus fuerat, manu sua propria in capite nonne suum subscriberet, et ad finem subscriptione sua roboraret. Quod sine dilatione ipse fecit. Tunc relectae sunt tractorias episcoporum qui prae variis incommoditatibus ad eamdem examinationem venire non potuerunt, continentis quidquid super examinationem et ordinacionem saepetati Willeberti canonica inventum et actum fuerit, so per omnia assensum præbtere. Et sic denuntiatus est dies et hora ac locus ordinacionis ejus, id est, Nonis Decembri, in monasterio quod Britennicus dicitur, in dioecesi Rhemensi et parochia Noviomagensi. Et commonitus est idem Willebertus ab archiepiscopo suo Hincmaro ut ab infantia sua per singulos gradus suos pronuntiaret Domino viam suam; quatenus in denominata die ad tanti oneri dignitatem gratiosus accedere valeret. Die autem, hora et loco, denominato, convenit dominus episcopus Hincmarus cum coepiscopis suis Hincmaro, Hodoue, et legatis qui tractorias supradictas suorum episcoporum detulerunt. Et quia jam pleniter examinatus coram supradictis episcopis et coram clero ac plebe fuerat quando et dominus Hincmarus sufficientem

A sermonem de eo coram episcopis et aliis multis clericis et laicis et ad omnem populum ante diem Dominicam in sexta feria fecerat, et brevitas diei id poscebat, intermisso ipsa die sermone, post introitum et *Gloria in excelsis Deo* et orationem primam de adventu Domini, secundam autem de ordinatione episcoporum, sive post litanias, sicut sacri canones præcipiunt, in episcopum consecratus est, et post lectionem Apostoli perfectam et responsa, et alleluia, et evangelium, et *Credo in unum*, et oblatione et missarum solemnia, sicut mos est, peracta placita quae ante pridem ei relecta fuerant, quæque ordinatos ab ordinatoribus suis sacri canones accipere jubent, diem et consulem præferentia, in anibus archiepiscopi et coepiscoporum ac legatorum vice Patrum sursum subscripta, cum capitulo Pauli apostoli ad Timotheum, noviter ordinato ubi dicitur: *Testificor coram Deo et electis ejus angelis ut hæc custodias (II Tim. iv, 8), iudicem episcopi in mandatis deposituerunt. Et unusquisque feliciter ad propria remeavit.*

B XV.<sup>b</sup> Professio Adalberti futuri episcopi Morinensis Hincmaro Rhemorum archiepiscopo ante ordinacionem oblatu.

Ego Adalbertus, vocatus episcopus Morinensis, reverentissimo Patri Hincmaro Rhemorum archiepiscopo. Quia fundamentum bonorum operum, per quod ad celeste regnum gratia Domini pervenitur, fidem quæ per dilectionem operatur esse non dubium est, non abs re censuit veneranda Ecclesia catholica consuetudo ut ab eis qui ad prædicationis promoventur officium, fidei integritas et confessio requiratur. Quia, sicut magister egregius et doctor gentium Paulus declarat, *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem (Rom. x, 10).* Et ideo mox superna gratia per sacrosanctum ministerium vestrum Morinensis Ecclesiæ futurus episcopus profiteor unam fidem esse, eamque, operante gratia superni largitoris, me tenere, prædicare, atque defendere quam a D o inspiratam, et ab apostolis traditam, atque a successoribus eorum custoditam habemus. Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum, unam apostolicam et universalem Ecclesiam, in qua sola possunt relaxari peccata in nomine Patri, et Filii et Spiritus sancti, iam per catholicum baptismum, quam et per dignos pœnitentias fructus et apostolicæ auctoritatis largitum sibi a Dominu potestatem. Extra hanc Ecclesiam catholicam neminem salvum posse confiteor. Sex denique sanctas et generales de fide synodos, quas sancta et apostolica Ecclesia recipit, me recipere et venerari profiteor, videlicet Nicenam ccccvi Patrum sub Silvestro papa et Constantino imperatore contra Arium et ejus sectatores celebratam; Constantinopolitanam cl. Patrum contra Macedonium et Eudoxium temporibus Damasi papa et Gratiani principis actam; Ephesinam cc Patrum contra Nestorianum sub Theodosio principe et papa Celestino, cui per suos vicarios præsedid idem beatus papa Celestinus et sancte memorie Cyrillus Alexandrinus episcopus; Chalcedonensem ccccxxx Patrum, cui præsedid per vicarios suos sanctus Leo papa, temporibus Martiani principis, contra Eutychem nefandissimum præsulem monachorum celebratam; item Constantinopolitanam temporibus Vigilius papæ sub Justiniano principe contra Theodorum et omnes hereticos; item Constantinopolitanam cl. Patrum sub Agathone papa, Constantini et Hieracii ac Tiberii principum temporibus, pro adiunctione facienda sanctorum Dei Ecclesiarum de duabus naturis et operationibus in una persona Dei et hominis Filii Domini nostri Iesu Christi. Hoc autem, quicunque

<sup>a</sup> Dicromptum ex veteri Codice sancti Laurentii Leodiumensis, ubi appellatur: *Documentum de examinatione Willeberti Catalaunensis ordinandi episcopi. Sicut.*

<sup>b</sup> Edita a Cordesio cum Opusc. Hincmari, pag. 622, et in Catalog. test. verit., pag. 193. Edita quoque a Sirmondu, Conc. Gall., tom. II, pag. 654.

que ab eisdem sanctis Patribus in memoratis synodis, vel postea similiter per Spiritum sanctum sententibus, diversis vicibus litteris divinitus inspiratis damnati leguntur, eandem venerandam Patrum auctoritatem sequens condemno. Sed et epistolam beatæ recordationis Leonis apostolicæ sedis antistititis ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum datam, et omnes ejus epistolas de fidei firmitate prescriptas, per omnia et in omnibus inviolabilitate custodire et me libere semper prædicare profiteor. In quibus inter cetera, sicut et in sermone beati Anastasii, quem Ecclesia catholica venerando usu frequentare consuevit, qui ita incipit: *Quicunque nullus salvus esse, ante omnium opus est ut teneat catholicum fidem*, post documentum quo docemur quomodo Trinitas personarum in unitate divinitatis et unitas deitatis in Trinitate personarum veneranda sit, evidentissime continetur, unam ex eadem sancta Trinitate personam, Dominum et Salvatorem nostrum Jesum Christum, Dei hominis filium, ex duabus et in duabus naturis, hoc est, divina et humana, in una persona consistentibus, et in sua proprietate differentiaque manentibus, esse credendum et prædicandum. Qui secundum apostolicum Symbolum de semper virginie Maria, quæ veraciter Dei est genitrix, secundum carnem natum, passus, mortuus, resurrexit, et in celos ascendit, sedet quoque ad dextram Dei Patris omnipotentis, inde venturus judicare vivos et mortuos, ad cuius adventum omnes homines resurgent cum corporibus suis, et reddent de factis propriis rationem, et recipiet unusquisque prout gessit, et in factis suis perseveraverit, ab eodem Justo Judice et sine fine regnante, cum ibunt impii in ignem aeternum, justi autem in vitam aeternam. Anathematizo quoque omnes hereses ac schismata quæ catholica et apostolica Ecclesia anathematizat; et quidquid sanctæ fidei intelligentiae contradicit, respupo et anathematizo; et quidquid catholica et apostolica Ecclesia recipit et tenet, me, adjuvante Domino, recipere et sequi, et a sacris canonibus atque a regularibus decretis apostolicæ sedis de ecclesiasticis ordinibus et disciplinis canonum promulgatis, seu a synodalibus constitutionibus, quas catholica Ecclesia ad auctoritatem recipit, me per contemptum pertinaciter non deviatum præfiteor. Privilegio etiam metropolis Rhemorum Ecclesie ac ejus praesulii secundum sacrosanctos conciliorum canones et decreta sedis apostolicae ex sacris canonibus et legibus promulgata pro scire et posse absque dolo et simulatione vel indebita et pertinaci contradictione me obediturum præfiteor. Sed et observationes ac regularia mandata sacrosanctorumque conciliorum placita, quæ post ordinationem episcopalem in litteris canonicis, secundum morem ecclesiasticum, propriis subscriptionibus roboratis collecta et mihi tradenda coram omnibus prædictis, me servaturum præfiteor, et omnibus suprascriptis cum cordis et oris professione subscribo.

#### XVI. a Professio altera generalis ordinandi archiepiscopi.

Ego hujus sedis ordinandus archiepiscopus, et sacro ministerio vestro, sancti Patres, prædicationis officium suscepturus, confiteor sanctam atque infrafabilem Trinitatem, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unum Deum naturaliter esse, unius substantiaz, unius naturæ, unius maiestatis atque virtutis, Dominum quoque nostrum Jesum Christum de Deo Patre ante tempora genitum, euudemque sub tempore de Spiritu sancto conceptum, et de Maria Virgine natum credo. Qui passus est pro redemptione humani generis, ad inferna descendit, indeque vix resurgens, et in celos ascendens, venturus est in fine saeculi, ut reddat singulis prout gesserunt in

\* Edita a Sirmondo, Conc. Gall., tom. II, pag. 656. Ex veteri Codice Floriacens. monast.

A corpore positi, sive bonum, sive malum. Praeteren constitutiones quatuor principalium conciliorum, Nicæni, Constantinopolitani, Ephesi, et Chalcedonensis, canones quoque synodorum et decreta quæ orthodoxa fides suscipit et complectitur, me suscipere, tenere, et prædicare velle consteot. Hereses vero et schismata quæ catholica Ecclesia anathematizat, et quidquid sanctæ fidei adversatur, condemnno, respupo, anathematizo. Beato vero Petro et vicario eius debitam subjectionem et obedientiam, suffraganeis vero nostris adjutorum me exhibitorum proditor. Et huic professioni meæ coram Deo et angelis, sub testimonio quoque præsentis Ecclesie, subscribo.

#### XVII. b Tractoria Prudentii, episcopi Tricassini, quam per vicarium misit ad ordinationem Aeneas Parisiensis, cum ipse adesse non posset.

Patri venerabili et ceteris patribus fratribusque sincerissime diligendis atque coepiscopis reverendis Prudentius aeternam in Domino salutem. Quantum ad meritum peccatorum meorum speciat, justissimo Dei iudicio, quantum vero ad indebitas atque indificientes ejus misericordias pertinere dignoscitur, misericordissimo ipsis munere, infirmitatibus penè omnibus notis depressus, sancto desiderabilique vestro conventui adesse prohibeot. Quod autem possum, præsentibus litteris atque legato Ecclesie nostræ presbytero Arnaldo, mei consensus præsentiam extenu exibeo, ut is qui ordinandus est, si apostolicae sedis omnibus institutis, et beatorum Patrum Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Xisti, Leonis, Gelasii, Celestini, Gregorii, Hilarii, Ambrosii, Augustini, Isidori, Primasii, Fulgentii, Hieronymi, Cassiodori, Bedæ, aliorumque adiutorum catholicorum atque orthodoxorum virorum scriptis et dictis, ac specialiter super quatuor capitulis quibus omnis Ecclesia catholica adversus Pelagium ejusque haereses sequaces pugnavit ac vicit, atque ad posteriorum memoriam litteris auctoritate et veritate plenissimis mandavit, confitendo subscribere et subscribendo confiteri voluerit, ejus me ordinati non consentaneum esse præfiteor. Sin alias, prorsus neque assentior, neque fidelibus Christi assentiendum suadeo. Capitulorum vero quatuor præmissorum seriem, quamvis vestram prudentiam multo vivacius quam meam extremitatem compertam esse non dubitem, necessario tamen breviter adnectendam judicavi, ut facilius quid sentiam, cui veritati consentiam, vestra bonitas recognoscatur. Videlicet, ut liberum arbitrium in Adam merito inobedientie amissum, ita nobis per Dominum nostrum Jesum Christum redditum atque liberatum confiteatur, interim in spe, postmodum autem in re, sicut dicit Apostolus, *spe enim salvi facti sumus* (Rom. viii, 24), ut tamen semper ad omne opus bonum Dei omnipotentis gratia indigeamus, sive cogitandum, sive inchoandum, operandum, ac perseveranter consummandum, et sine ipsa nihil boni

D nos posse ullatenus aut cogitare, aut velle, aut operari sciamus (*Notanda*). Secundo, ut Dei omnipotens altissimo secretoque consilio credit atque fateatur quosdam Dei gratuita misericordia ante omnia secula prædestinatos ad vitam, quosdam perscrutabili justitia prædestinatos ad poenam, ut id videlicet, sive in salvandis, sive in damnandis, prædestinaverit, quod se præscierat esse judicando facturum, dicente propheta: *Qui fecit quæ futura sunt* (Isai., xlvi, 11, sec. LXX). Tertio, ut credit et confiteatur cum omnibus catholicis sanguinem Domini nostri Iesu Christi pro omnibus hominibus, ex toto mundo in eum credentibus fusum, non autem pro illis qui nuncquam in eum crediderunt, nec bodieque credunt, numquamque credituri sunt, dicente ipso Domino: *Venit enim Filius hominis non*

b Edita a Sirmondo, Conc. Gall., tom. II, pag. 656.

ministrari, sed ministrare, et dare animam suam in redēptionem pro multis (*Matth. xx. 28*). Quarto, ut credit atque confiteatur Deum omnipotētē omnēs quoscunq; vult salvare, et neminem posse salvārū illatenus nisi quem ipse salvaverit, omnes autēp salvāri quoscunq; ipse salvare voluerit. Ac per hoc quicunque non salvantur, penitus non esse voluntatis illius ut salvantur, dicente propheta: *Omnia quacunque voluit Dominus fecit in celo et in terra, in mari et in omnibus abyssis* (*Psal. cxxiv. 6*). Et licet quedam sint alia quibus in Pelagio damnatis universaliter Ecclesia consenserit, sategerit, atque subscripta erit, hæc tamē specialius adversus eum ejusque complices per apostolicam sedem, instantia beatissimi Aurelii Carthaginensis episcopi atque Augustini cum aliis ducentis quatuordecim episcopis ab ejus pravissimis sensib; eruta, vindicata, et multis tam epistolis quam libris toto orbe vulgata, omnis hodieque gaudet, constitutus, praedicat, et tenet, atque tenebit Ecclesia. His per omnia consentaneam prædicabilem paternitatem fraternitatemque vestram gratia superna invictam atque prævalidam et suo munere gaudentem perpetuum conservare dignetur<sup>4</sup>.

#### XVIII. <sup>b</sup> Documentum de ordinatione Electranni, episcopi Rhedenensis.

Anno Incarnationis Iesu Christi Domini nostri 866, Indictione 14, anno pīssini regis Caroli 27, in Kalendas Octobris, in parochio Turonica ordinamus et ad pontificalem sedem Rhedenensis Ecclesiae consecratam Electrannum, electione atque decreto cleri et plebis ejusdem Ecclesie, nos in Dei nomine antistites, Hierardus Turonicae metropolis, Actardus Namnetensis, atque Rodbertus Cenomanensis, cum consensu et litteris ceterorum diocesorum adhibito, apicibus etiam præmoniti jam dicti gloriosi regis Caroli, hujusmodi statuto et paternæ commotionis decreto ipsi viro aliato, ut canonicis sactionibus, quantum divina suffragaverit pietas, libenter obtemperet, et ab illicitis ordinationibus abstineat, et pestis simoniaca hæresis deviter, concilia quoque sacris præfixa canonibus certis sibi designata temporibus celebrare procuret, atque matri sua in metropoli debita reverentia sese subdere non neglegat, et juxta sanctorum Patronum regulas nihil nisi quæ ad propriam pertinent Ecclesiam extra ejus consensum pertinet. Hæc ergo aliqua ad institutionem et informationem fidelis viri fratris et filii nostri Elecranni, die prefijo, verbo pariter et stylo promulgantes, pontificali euui insula adornantes, sacra quoque benedictione more sanctæ Ecclesie dantem, annulo quoque dotantes, et baculo decorantes, sanctæ Rhedenensi Ecclesiae pontificali eum ordine præfecimus, et paternæ cathedrali solio sublimantes, confratrem, consacerdotem, et compatriotem in regime et gubernaculo Ecclesie sanctæ nobis ex integrō in Dei nomine efficimus, manu quoque adnotationibus confirmavimus.

#### XIX. <sup>c</sup> Canonicæ litteræ ab ordinatoribus datæ Hedenculo episcopo Lauduniensi, ad claram et plebem Ecclesie Lauduniensis.

Hincmarus sancta metropolis Ecclesiae Remorum episcopus, clero, ordini et plebi in sancta <sup>d</sup> Lauduniensi Ecclesia consistenti in domino pacem et salutem.

1. Sicut beatus papa Innocentius docet (*Decreta Innoc., c. 1*), oportet nos hoc sequi quod Ecclesia

<sup>a</sup> Hanc epistolam a Prudentio scriptam tum suis cum in Ecclesia Parisiensi ordinandus esset Aeneas episcopus, auctor est Hincmarus in posteriori opere adversus Gothescalcum. Quo in libro hæc simul Prudentii capitula, quæ Gothescalcii causa in quæstione versantur, examinat et singillatim refutat, sum.

A Romana custodit, a qua principium sacra institutionis nos acceperis dubium non est. Propterea documentum ac verbis beati Gregorii vos alloqui procuramus, insinuantes quia probabilibus desideriis vestris nihil attulimus tarditatis, fratrem jam et coepiscopum nostrum Hedenulsum vobis ordinantes præsentia vel consensu ac litteris coepiscoporum totius nobis commissas provincias secundum sacros canones sacerdotem, pastorem quoque atque rectorem. Qui his litteris, quas sacri canones ordinatos prius de conciliorum placitis, ne se aliquid contra eorum statuta egisse posuiteat, instructos, ab ordinatoribus suis, manibus eorum conscriptas jubent accipere, secundum traditionem ecclesiasticam deditas in mandatis ne unquam ordinationes præsumat illicitas, ne bigamum, aut qui virginem, si de conjugatis agendum est, non est sortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut ex publica ponente, aut curia vel cuiilibet conditioni obnoxium, notatumque, ad sacros ordines permittat accedere. Sed et si quos hujusmodi forte repererit, respectu divino non audeat promovere. Alienum etiam clericum sine voluntate et consensu episcopi sui contra sacras regulas non sollicet, non suscipiat, non in sibi commissa Ecclesia ordinet, nec eos qui probatae fidei non fuerint sacris ordinibus præsumat quo modo applicare. In ordinatione autem presbyterorum ac diaconorum ceteroru[n]que ecclesiastici ordinis ministrorum, a totius munere, id est, a manu, a lingua, aut obsequio indebito, juxta quod Dominus per prophetam præcepit (*Isai. LIII*), quantum patitur humana fragilitas, inundas et cordis et corporis manus exhibeat; ne uno eodemque gladio et dantem et accipientem munus interimat, et illico munere polluens manus, etiam se benedictionem credit tribuere cum fuerit iam propria iniquitatē substratus, et sua nihilominus ambitione captivus. Ab eis etiam quos ordinaverit indebitum et contra sacras regulas sibi sacramentum fieri non compellat. Sed sicut Dominus, præcious nonnullos accepti sancti Spiritus donum in usum negotiationis inflexus, præcepit dicens: *Gratis accepisti, gratis date* (*Matth. xx. 8*), quod gratis, id est, sine ulla venalitate dati vel accepti aut etiam promissi vel sperati munera, quantum ex nobis est (ceterum ipse viderit, habens conscientię sua testem quem habebit et Judicem) per ministerium nostræ exiguitatis accepit, sicut etiam comministris gratis conferat, sciens ex Evangelio (*Matth. xxi. 12*) quid Redemptor noster per se ipsum fecerit, videlicet quia ingressus templum cathedras vendentium columbas evertit. Columbas enim vendere est de Spiritu sancto, quem Deus omnipotens consubstantiale sibi per impositionem manuum bonâibus tribuit, communum tempore percipere. Quid qui agere præsumit, suam Deo iudice cathedrali ipse evertit, et quos cum pretio ordinat, provehendo agit ut secum et ipsi simoniaci hæretici flant, et pro benedictione maledictionem a

D beato Petro apostolorum principe Simoni, qui dominum sancti Spiritus pretio emere voluit, juste itat, una cum ipso, per ipsum, a quo non benedicuntur, sed maledicuntur, iudicio ejusdem Spiritus sancti suscipiunt. Et quoniam, sicuti comprehendimus, quidam diversis adinventionibus turpia lucra sectantes, quod ministris altaris minime convenit, defunctis presbyteris, juxta quod didicerant viduatas ecclesiæ facultates habere, exenia pro his obtinendis exegerunt, et gradus ecclesiasticos eis non tribuant antequam illis eadem exenia persolverentur, et

<sup>b</sup> Edit. a Cordesio cum Opuse. Hincmari, pag. 626, et a Sirmondo, Conc. Gall., tom. II, pag. 658.

<sup>c</sup> Editæ a Cordesio, cum Opuse. Hincmari, pag. 590, et in Catalog. test. verit., pag. 595, et a Sirmondo, Conc. Gall., tom. II, pag. 658.

<sup>d</sup> Cordesius et Catalog. test. verit. legunt: *Turcensi Ecclesiæ*.

synodos temere frequentabant ut factione ministrorum suorum diverso modo denarios quasi pro eulogis acceperent, et, quod dictu nefas est, etiam pro sacri chrismatis dispensatione, vel de ecclesiarum consecratione, quocunque emolumenta ingenio caperent, et necesse est ut contra pestifera morborum genera ss'ubria medicamentorum quæramus experientia, sicuti et de manus impositione, ita et de hac sumoniace harreos ingeniosa et male studiosa collatione quiddam eum accipere interdicimus, monens illam attendere comminationem Domini per prophetam dicentis: *Ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit qui existimat proper malitiam studiorum vestrorum (Jerem. xxi, 12).* Unde iterum iratus dicit: *Visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum (Ibid., 14).*

2. Verbis quoque beati Gregorii cum monenuis, illigere interdicimus, ut sacerdotes per suam parochiam, quoties ad consignandos infantes egressus fuerit, ultra modum gravare minime debeat, nec summam collationis, qua sui praedecessores, qui hoc bene misericorditer ac rationabiliter atque sacris constitutionibus ex ecclsi sunt convenienter, contenti fuerunt, excedat, et de capellis antiquitus subjectis ecclesiis non aqualem sicut de principalibus ecclesiis collationem exigat, sed principalis ecclesia cum sibi subjectis capellis debitam et antiquitus consuetam collationem conferat. Principales vero ecclesiæ alii ecclesiæ loco capellarum non subjiciat, quia secundum sacros canones non licet episcopis parochiam antiquitus constitutam inconsulte confundere atque dividere. Ne mansionaticos suis amicis aut suis hominibus a presbyteris parari faciat. Ne etiam quasi ad receptionem regis, vel legationem, aut ad ornatus sue ecclesie faciendo adjutoria quasi penteudo, potius autem exigendo, denarios, vel caballos, aut verres seu friskingas, aut ad iter aliquod paraveredos, aut alia qualibet accipiat, id est, rapiat. A quo verbo accipere aves quæ a iis aves capiunt, accipitres nominantur, cum episcopi suis subditos, non ut accipitres capere, sed sicut gallina pullos suos sovere, et quosque infirmos ut peritus medicus convenienti medicamento ac tempore debent curare, et quos curare non potuerint, aut patienter tolerare aut regulariter usque ad correctionem sustinentes a sano corpore submovere. Regula autem siquidem quæ de quaria parte reddituum ecclesiæ, iusta conquestudinem aliarum regionum, ita ut est scripta intelligat; et non prave illam interpretans, perinde in his regionibus quæ sunt presbyterorum contra regulas sacras diripiatur. Unde si qua fuerunt gravamina illis imposita, temperet, quia et in presenti et in futura vita sibi proficiet, si eos qui sibi commissi sunt, sine gravamine conservare studuerit. Ministros vero, id est, archipresbyteros et archidiaconus, secundum quod providere, Domino inspirante et cooperante, valuerit, tales constituant qui uiderint avaritiam, et non diligent munera, nec sequantur retributions, neque pro ordinandis clericis vel reconciliandis penitentibus munus accipiunt, et ipso munere eum corrumpere satagant. Et presbiteros in paratis et exenüs indebitis non affligant. Et sicut supra de episcopo diximus, per diversas petitiones, ut illis adjutoriorum faciant, quæ sunt presbyterorum, unde ipsi vivere et hospites recipere et suas ecclesiæ contineare debent, colludio quocunque diripiunt. Et ut eisdem ab inquisitione sui ministerii parcant, et pro infamia eorum calcanda vel coope rienda quocunque emolumentum non accipiunt. Et si agentes talia ministros repererit, in ministerio manere non sinat, et canonica invectione corripiat. Ipse quoque pro constitwendis ministerialibus ecclesiasticis videlicet economo, id est, Ecclesiæ facultatum dispensatore, archipresbyteris et archidiaconis, in quibus fidei sinceritatem et probos mores ac religiosam vitam debet eligere, premia non constituant, quia ecclesiasticum obsequium, quod male

A comparaverint, accipientes munus a subditis prius [F., suis] venundare curabunt. Nec pro quoconque judicio contra sacras leges neque super innocentem contra veritatem pretium ullum accipiat. Nec etiam odio, vel gratia, livre, aut iracundia, quantum scelerit et potuerit, a judicio recto declinet, dicente Domino: *Non facies quod iniquum est, nec iniuste iudicas. Juste iudica proximo tuo, et juste quod justum est exequaris (Levit. xix, 15).* Juste namque quod justum est exequitur qui in assertione justitiae eamdem ipsam justitiam querit.

3. Pro baptizandis denique infantibus vel pro sepultura, obaudiens decreta beati Gregorii (S. *Gregor. lib. vii, indict. 2, epist. 55*), pretium de terra concessa putredini quemquam non permittat in parochia sua quadrare et de alieno velle facere luctu compendium. Sed si quando aliquem quisque sepeliri in commissio sibi loco concesserit, si quidem parentes ipsius proximi vel haeredes pro luminaribus vel in elemosyna defuncti sponte quid offerre voluerint, accipere non prohibeat; peti vero ant exigi aliquid omnimodo vetet, ne, quod valde irreligiosum est, ut venalis, quod absit, dicatur Ecclesia, aut de humanis sacerdotialis religio videatur mortibus gratulari, si ex eorum cadaveribus studuerit quadrare quolibet modum compendium.

4. Ab omni quoque avaritia et usura ac turpi lucro secundum sacros canones et ipse abstineat et ministros Ecclesiæ abstinere faciat, et etiam laicos abstineri suadeat. Se autem et sibi commissos ministros ecclesiasticos solerter solliciteque custodiat ne contra sacros canones conductores vel procuratores alienarum possessionum flant, ne turpi negotio aut in honesto lucro victim quærant, neque sæcularia negotia sub cura sua suscipiant, Deique ministerium parvipendentes, per sæcularium domos non discurrant, nec propter avaritiam gratias, aut honoris, vel pecunia, præmonitorum sollicitudines aut alienorum testamentorum defensiones assumant, nec fidejussionibus inserviant.

5. A familiaritate nihilominus ac contubernio illi cito et velito seminarum se et communistros suos, sed a tabernis, secundum sacras regulas ecclesiasticos ministros faciat abstinere. Attendant quoque quod beatus Job dicit: *Si adversum me terra mea clamat, et cum ea sulci ejus deflent. Si fructus ejus comedи absque pecunia (Job. xxii, 30).* Unde beatus Gregorius: *Onus, inquit, qui pœnit, si perversa in subditis exercet, contra hunc terra clamat, et sulci deflent, quia contra ejus iniustitiam rudes identidem populi in murmurationis vocibus erumpunt, et imperfeci quiquis pro pravo ejus opere sese in fletibus affigunt. Fructus enim terre absque pecunia comedere est, ex Ecclesia quidem sumptus accipere, sed eidem debitum prædicationis pretium non præbere. De qua scilicet prædicatione auctoritate dicitur: «Oportuit te committere pecuniā meā nummulariis, et veniens ego receperissem utique quod meū erat cum usura» (Matth. xxv, 27).*

D *Terrae igitur fructus absque pecunia concedit qui ecclesiastica commoda ad usum corporis percipit, sed non impedit quod subiectorum debetur cordi. Non igitur redēptionem aut pretium de collatione presbyterorum episcopus debet exigere et alimenta ecclesiastica mutus manducare. Et cum Dominus prædicatoribus præcipiat ut intrantes in domos eorum quibus pacem prædicant, illa edant et bibant quæ apud illos sunt (Luc. x, 8), per parochiam prædicando ac confirmando pergens episcopus non debet superflua penſiones in pigmentis et aliis quibusque a presbyteris quæ non habent requirere, et talia quæ forte in domo sua non accipit, voluptati potius serviens quam necessitatibus, exigere, et suis parcens opibus, de superflue acceptis et venditis ditescere. Nec ideo debet prædicare ut sumptus accipiat, sed ideo sumptus accipere, ut sufficiat prædicare.*

6. Ecclesiæ quoque in proprietatibus liberorum hominum ac cohæredum consistentes ut suæ tradan-

tur ecclesiae non debet engere : sed secundum synodalia et imperialia capitula, quae regularia esse probat Ecclesia, satagit quatenus dotis immunitates, sicut ceteræ ecclesiae, auctoritate regis habeant, et ipsæ ab eisdem liberis hominibus potiantur. Talemque se cooperante Domino in cunctis exhibeat, ut sacrum ministerium non vituperet, qui etiam at his qui foris sunt testimonium bonum juxta apostolicam doctrinam habere debet (*I Tim. iii, 7*). Nam cuius vita despiciatur, restat ut et prædicatio contempnatur; et cum pastor per abrupta graditur, solet fieri ut ad precipitum gressus sequatur. Et ne quemquam ecclesiastici ordinis ministrum, occasione turpis lucri, ut aliquid ab eo absoluto capiat, contra sacras regulas excommunicet inhibemus. Quia ut sanctus Augustinus expponens contentum Pauli apostoli, *Anserete malum ex robo* (*I Cor. v, 17*), demonstrat, non temere et quomodo libet, sed per judicium auferendi sunt mali ab Ecclesiæ communione. Multo magis autem cavendum est ne sine regulari judicio in nisi Ecclesiæ officio suo præventur. Quapropter, sicut beatus docet Gregorius, si quid de quocunque clero ad aures suas pergenerit quod eum juste posset offendere, facile non credit, nec ad vindictam illum res accendit incognita, attendens quod scriptum est : *Causam quam nesciebam, diligissimè investigabam* (*Job. xxxix, 16*). Et presentibus senioribus ecclesiæ sua diligentia veritatem perscrutari modis omnibus studeat; et tunc, si qualitas rei poposcerit, canonice districtio culpam seriat delinqentis secundum ordinem a sacris regulis propositum. Et ut cuncta brevi cingulo perstringamus, nihil per contemptum contumaciter faciat vel fieri in parochia sua permittat, quantum ex ipso fuerit, quod sit evangelicas veritatis et apostolicæ traditioni aut sacris regulis inimicum. Si autem factum contigerit, arguendo, obsecrando, increpando, secundum quod cuique viderit expedire, juxta traditionem majorum, quantum potuerit, emendare procuret.

7. Pastoralem siquidem regulam beati Gregorii mente, ore, ac manu, quantum sibi Dominus scire ac posse contulerit, in cunctis sequi procuret. Ministerium itaque, ornatum, vel patrimonium, atque redditus vel facultates Ecclesiæ, prout leges divinitus promulgatae præfigunt, studeat conservare, ampliare, augere, vel dispensare, et monasteriis in parochia sua sitis canonicam providentiam gerat, et quantum ex ipso fuerit, debita privilegia et antiquam ac regularem consuetudinem servet. Ordinationes vero presbyterorum et diaconorum et sacrosancti baptismatis sacramentum secundum traditionem ecclesiasticam studeat agere.

8. Cui etiam licet, inspirante divina gratia, abundans adgit doctrina, tamen pro nostri officii debito ex scrinio sanctæ metropolis Rheumarorum documentum dare studebimus qualiter se, cooperante Domino, morum probitate et doctrinæ studio debeat gerere. Ipsum vero non nescium quod totius provinciæ cura per sacros canones sit metropolitano commissa, ad eandem metropolitam suam, sicuti ad matrem, ut ex ejus catholicis überibus salubrem sugat doctrinam, humiliiter ac sedulo atque obedienter monemos recurrere, et non amplius quam sibi per sacras regulas est concessum indebet usurpare, cum tanto charitatis ac humilitatis glutino præceptis salutibus adinvicem sumus connexi ut dicente sibi mandato divino : *Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi, maiores tuos, et dicant tibi* (*Deut. xxii, 7*), et nobis : *Rectorum te posuerunt, noli extolliri, sed esto in illis quasi unus ex ipsis* (*Ecclesi. xxii, 1*), et : *Qui major est rex tuus, erit minister tвой* (*Math. xxiii, 11*), obedientibus scilicet mini-trando paternam doctrinam, et inobedientibus quod majoris est regularem charitatis correctionem, nos fratrum et consacerdotum monstrorum salubribus debeamus uti consiliis, et ipsi

A obedire paternis ac regn'aribus monitis. Illic ergo et haec et alia præcepta salubria observanti devotis animis vos obsequendo obediere oportet, ut irreprehensibile placidumque fiat corpus Ecclesiæ, per Christum Dominum nostrum, qui vivit et regnat cum Deo Patre omnipotente in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Hincmarus, sanctæ metropolis ecclesiæ Rhenum-rum episcopus et plebis Dei familius, et venerabilis fratris Hedenolfi in sancti Laudunensi ecclesia faveiente Dei gratia ordinator, his litteris canonicis et ordinato et electoribus ipsius publice datis anno incarnationis Dominicæ 877, anno autem regni domini Caroli imperatoris 37, et anno imperii ejus 11, subscripsit.

† Odo Belgivacorum episcopus subscripsi. † Ragnelius Noviomagensis episcopus subscripsi. † Joannes Cameracensis Ecclesiæ episcopus subscripsi. † Willebertius Catalaunorum humilis episcopus subscripsi. † Hildebaldus Suessionensis Ecclesiæ episcopus subscripsi. † Geroldus Ambianensis Ecclesiæ episcopus subscripsi. † Ildebertus Silvanectensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

## XX. Electio, consecratio, et intronizatio Gauderti episcopi Cadurcensis.

Præsa modernaque Ecclesiæmoderamina theoloquelarii sanxere canonibus, quo arripientibus viam universæ terra quarumlibet sedium presulibus, per vicinorem episcopum, aut per quemlibet alium episcopum cui archipresul injunxerit, extincti fratris tumulatorem, orbataeque sedis visitatorem atque consolatorem, sine cuius conscientia sacri prohibeat canones confiteri aut confici de subrogatione episcopi (*Concil. Regense, c. 6; concil. Aurelian. II, c. 7*), persiciliatur ecclesiasticarum inventariis rerum, tunc vero prioribus viduaæ sedes dispositis economis commendetur, postmodum autem cleri plebisque ordinis desideriorum consensus requiratur, quinimum amotis simoniaciis sacculis, postpositisque omnium cupiditatum argumentis, universa fideliter notitia archiepiscopalii significentur, quo disponente cuncta in talibus expedit cum suffraganorum consilio sub divina censura disponi negotiis atque ordinari. Igitur metropolitanu dominica vocatione rebus humanis viataque perfuncto, hæc eadem fideliter exigenda sunt omnia a visitatore atque tumulatore, et omnium coadiutoresanorum, si fieri potest, cognitioni significanda prudentialiter, quo urbes quas gentillium tempore habebant idololatæ flamines, nunc gubernent Christianolæ præsules. Cum ergo pastorem contigerit subrogandum, post acclamacionem et vocationem cleri petitionemque viduatæ plebis, ne urbs præsulem minime optinat aut spernat aut odio habeat (*Decret. Leon. I, c. 35*), itaque minus religiosa quam convenienter non licuit habere quem voluit, quoniam difficile est quod bono peragantur exitu quæ malo sent inchoata principio (*Ibid., c. 49*), expedit orbatae sedi cum episcoporum electione cleri ac populi ipsius ecclesiæ acclamatione episcopum ordinari atque intronisari. Quapropter vir inclitus Dagobertus primus sanctæ Bituricensis ecclesiæ sedis archimandris cognoscens obitum beatæ memorie Froterii episcopi sanctæ sedis Caturicensis Ecclesiæ, cuius memoria æthero describatur in albo, uti sacra canonum auctoritas jubet, in ipsis loco Jubeo et absolutionem facio ad coepiscopos nostros eligere et benedicere Gauderium sacerdotem, vere nobilem, orthodoxum, non cœnotoxum, frugalem, non gastrimargicum, humilem, non philarchicum, modestum, hospitalium, charitativum, castum, misericordem, et juxta Amstolum armis divinis decentissime ac pleniter adornatum. Nos quidem humiles Jesu Christi pontifices una cum auctoritate et absolutione domini archipres-

C D

• Archiepiscopus. Vide tom. VI Canis, p. 1251, et Annalecta Mabillonii, pag. 98.

sulis nostri Dagoberti, Bego Arvernensis, Ingelbinus Albiensis, Froterius Petragoricensis, cernentes tamen acclamatorum unanimitatem et acclamanti proficiam Ecclesiae utilitatem, una per consensum et voluntatem Guillelmi comitis Caturcensis matrisque sum Acilicinæ, recipimus in nostro episcopali numero atque collegio proclamatum Gausbertum, et eum per auctoritatem canonicam benedicendum ordinavimus, et electum episcopum in ipsam sedem sancti Stephani Ecclesiae Caturcensis episcopum exaltavimus, et in nomine sancte Trinitatis inthronizavimus et ipsi Ecclesiae pastorem præfecimus. Acta secula hujus indaginis a corpore irabeatione verbi divini anno 990, indictione 3. Facta electione ista Nunus Januarii, regnante Carolo rege.

**XXI. Decretum electionis Borrelli episcopi Rotensis**  
(Nunc primum editum ex archivio ecclesiae Urgellensis.)

Anno trabeationis Domini nostri Iesu Christi millesimo decimo septimo, æra millesima quinquagesima quinta, indictione 15, concurrente 1, epacta 20. Auctor et Dominus cum Patre et Spiritu sancto omnium creaturarum, quibusque sub illius gratia committentes omne monachia disponuntur regimina, in quo reverentissime nominando domino Wilhelmo illustrissimo comite cum omne vulgus populi qui degent in comitatu Ripacurensis tellure, una cum domino Ermengaudo præsule qui est in sinu matris ecclesiae sanctæ Mariæ sedis vico Orgellensis, qui est caput omnium ecclesiasticorum jam dicto comitato, venit quidem dominus Borellus filius Rechilda feminæ, una cum consensu et voluntate supradicto excellentissimo comite sive optimatibus vel principibus ejus, necnon etiam religiosorum clericorum atque abbatum, id est, Galindus abba sanctæ Mariæ Varra, et Santia abba sancti Andreæ, et Dacco abba sancte Mariæ Lavajes, et Astor abba sancti Petri Taberna, et Manasse abba sanctorum Justi et Pa-toris Aurigena, et Isarnus abba de sancto Stephano, et Astor abba sancti Michaelis, et Albo albus sanctæ Mariæ Alaqua. Nos simul in unum cum canonice sancti Vincentii martyris Christi, cuius sedes sita est in civitate Rota, id est, Barone archisacerdos, et Gerallus sacerdos, et Galiudus sacerdos, et Durandus sacerdos, et Miro sacerdos, et Altemirus sacerdos, et Guimara sacerdos. Subjungimus etiam fidelium laicorum, id est, Urrato et fratres ejus, Miro et fratres ejus, Garsia et fratres ejus, Bernardus et fratres ejus, Gela et fratres ejus, Asto et fratres ejus, Ansila et fratres ejus, Asnarus de Villanova, Bernardus de Anaspum et fratres ejus, Martinus et fratres ejus, Garsia de Guduli et fratres ejus, Abbo de Troumeda et fratres ejus, Riculfus et fratres ejus. Et expeditiv electionem et obedientiam et benedictionem pontificalem ante sacrosancto altari anime Mariæ sedis præfatae et ante domino præsule prænotato sive multorum clericorum in Christi agnitione obsequio, id est, Iarnus archisacerdos, Poncius archilevita, Transeverus archilevita, Arnallus archilevita, Wifredus archilevita, Bernardus archilevita, Randilius archilevita, Vivas sacerdos, Bellus sacerdos, Bernardus sacerdos, Wiskafredus sacerdos, Seniofredus sacerdos, Gundebertus sacerdos, Adalbertus sacerdos, Seguius sacerdos, Willemus sacerdos, Arnallus sacerdos, Unifredus sacerdos, Wifredus sacerdos, Willemus levita, Wifredus levita, Miro levita, item Miro levita, item Willemus levita, Dela levita, Lupus levita, vel aliorum canonice sanctorum quorum nomina longum est scribere. Adujante domino et Salvatore nostro Iesu Christo elegimus hunc Borellum præfixum ut ad electionem et honorem præsulatus perveniat divina misericordia elementia. Est namque prudens, docibilis, moribus temperatus, vita castus, sobrius, humilis, misericors, hospitalis, in lege Domini instructus, verbis simplicibus disertus, sanctamque et individuum Trinitatem Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unum

A Deum omnipotentem credens atque confirmans. Deum ante saecula, hominem in fine saeculorum praedicat. Cum his tantis et aliis virtutibus decoratum præfatum Borrellum agnoscimus, nos omnes eligimus illum uno animo, unoque concentu decrevimus et corrohamus ut ad ordinem sui præsulatus susceptione transfundat, atque in Domino sisus accedit. Iterum atque iterum ego Ermengaudus præfatus episcopus una cum caterva clericorum predicatorum advocamus, acclamamus, atque eligimus Jamdicto Borrello ut per divina in annis Salvatoris protegente vel donante ad honorem et benedictionem atque ordinationem sui præsulatus accedit et susceptione perveniat sub tutione almae Mariæ sedis præfatae et sub dominatione domino Ermengaudi episcopo et successores ejus. Exaratus est autem hic titulus electionis præsulatus B. Kal. Decembris, anno 21 regnante Roberto rege. Witardus sacerdos, qui hanc electionem per voluntatem domino Wilhelmo comite et per jussione domino Ermengaudi episcopo scripsi et subscripsi die et annoque prædicto.

**XXII. Electio, consecratio, et inthronizatio ejusdem Borrelli episcopi Rotensis.**

(Nunc primum edita ex archivio ecclesiae Urgellensis.)

Locorum primates præceptorum, quibus per archice atque telatargica vigent priua modernaque Ecclesiarum moderamina, theoloqueris sauxere canonicibus, quo arripientibus viam universa terre quamlibet sedium præsulibus, per vicinorem episcopum, aut per quemlibet alium episcopum cui archimandrita injunxit, existenti fratri tumulatorem, etc. (Ut in superiori, usque:) Quapropter ego Ermengaudus sedis Orgellensis Ecclesiae episcopus una cum caterva venerabilium clericorum anime Mariæ sedis prelate, cognoscentes obitum beatæ memorie Americi pontificis Rodensis civis Ecclesiaeque sancti Vincentii ipsius loci sedem, cuius memoria æthereo describatur in alto, uti sacra canonum auctoritas juhet, cum consensu domino Wilhelmo comite cum ejus optimatibus ac plebe non exigua concione expostulantibus, canonico collati privilegio, Borellum filium Richellis feminæ urbis præfatae Rodensis, una per vocationem et acclamationem archidiaconorum, cœnobitarum, et reliquorum clericorum, vocatus, acclamatus, et petitus, ac prodesse poscimus episcopum subrogandum, consecrandum, et inthronizandum Borellum præstatutum in gremio sanctæ sedis Ecclesiae Vincentii Rotensem civem, et eum principem constitutum Ecclesiae Sanctorum quo cum predictis urbe sita sunt. Ab ipsis nuptiis cunabulis et fidei rudimentis scimus eum clericum, ac studiis liberalibus eruditum, nobilium, orthodoxum, humilem, modestum, hospitalem, charitativum, castum, misericordem, et juxta apostolum armis divinis decentissime ac pleniter adornatum. Hunc ergo Borellum ego Ermengaudus præfatus episcopus una cum coetu clericorum, anime Mariæ sedis jam dictæ, et cum consensu domino Wilhelmo inclito comite, acclamamus eum et advocabus sub tutione vel dominatione præfatae sedis Orgellensis sive dominum episcopum Ermeugaudum vel omnes episcopi qui post eum venturi sunt. Postulo itaque ego Ermengaudus episcopus præfatus dominum Adalbertum Karchasensem civem pontificem ut per singulos gradus ecclesiasticos sit ordinatus, et ministerio sacerdotiali sit dedicatus. Igitur in Dei nomine interrogamus populum hunc Borellum præstatutum acclamantem: Vultis eum habere episcopum? Respondunt omnis clerus et populus usque tertio: Volamus. Nos quidem humiles Jesu Christi pontifices, Ermengaudus præfatae sedis Urgellensis, in qua ordinatio ista consistit, et Adalbertus pontifex Karchasensis, et Petrus episcopus Conueniens, audientes et cernentes tantam acclamatorum unanimitatem et acclamanti proficiam Ecclesiae utilitatem, recipimus in nostro episcopali numero atque collegio prænominis

minatum Borrellum, et eum per auctoritatem canonicam benedicendo ordinamus, et electum episcopum in ipsa sede sancti Vincentii episcopum exaltamus et in nomine sancte Trinitatis inthronizamus, et ipsi Ecclesiae pastorem constitutimus sub dominatu aliae Mariae sedis Orgellenensis et domino Ermengaudo episcopo vel successores ejus. Acta scedula hujus indaginis a corpore trabeatione Verbi divini anno millesimo decimo septimo, aera millesima quinquagesima quinta, inductione 15, concurrente 1, epacta 20, viii Kal. Decembris, anno 21 regnante Roberto rege. Witardus sacerdos qui hanc acclamationem scripsit domino episcopo Borrello sub die annoque superioris exarato ad laudem et honorem et gloriam sancte Dei genitricis Mariae sedis vico Orgellenensis et episcopos ibidem permanentes feliciter. Amen.

### XXIII. Acta electionis Riculfi episcopi Helenensis.

(Nunc primum edita ex chartulario eccl. sive Helenensis.

Cum inter praecles ac prosperos antistites fierent sancta concilia in Justi delubris atque Pastoris, quae sunt sita infra metropolis Narbone incinta, anno Dominicæ Incarnationis 947, qui pote Aimiricu[m] memorata[re] urbis archipilionem, ac Rodallum Bitarensem, Giandum Carcasensem, Dacbertum Agatensem, Punctionem Magalonensem, una proruperunt; sic rebus de ecclesiasticis cum instanti statuissent studio, illos potissimum atque praeclaros bearet adjecatio, vel quod magis loquax trivitum disularet humanitas, et hoc ex eisdem Patres inter se connexæ charitatis ardore multis ex quibusdam theophariis Ecclesiæ diibus sunt potiti. Infra hos clarissimos Patres aderant topicorum multorum primates, qui nihilominus de statu regendæ Ecclesiæ cum ipsis consulebant. Et inter agendum, cum conspicarentur suorum affectiones optime promptas, de Ecclesiæ diibus bene gerendis rebus, etiam cum inventa foret una endemicæ voluntas, ne viduata basilicarum aliqua proprio Patrono illorum in potestate remaneret, editum est Helenensem Ecclesiæ adfore orbatam pastorali consortio Wadaldi episcopi. Cui affatim condolentes, eo quod exiisset hominem, abunde consolatoris apotesia Spiritus replete, ipsam inquisire in sacra synodo quis quisisset ex hac prænominata Ecclesia regimen vindicare illius episcopii. Ille in illa hora egressa est in Riculfum digna et assibilis clericorum electio, ac conclamatio omnium populum Helenensis Ecclesiæ. Et in acclamatione addunt laudibus ejus, haud illum esse degenerem, necne neophytum, nec idiotam; sed esse illum modestum, sobrium, castum, benevolum, hospitaliem, et extera. Et quid plura? Abundanter attribuunt ei laudes apostolicas, quas convenient habere unicuique episcoporum. Hoc audientes memorati Patres, assenserunt illorum vocibus, nec ausi sunt contraire quem electio atque proclamatio prosequantur. Et præsertim assensum tribuit fatus illorum dominus Aimirus archipræsul, quo statim studiavimus sublinnare jam prædictum presbyterum fore episcopum in hujusmodi episcopatus Helenensis Ecclesiæ decorum. Quod omnino volentes, supernoque Regi debitis grates gnaviter solventes, conjunctim liberaliterque, ut soliti sunt, cupitæ mysterium affectionis canonicas in Riculfum adimplevere, confirmantes ejusdem electionem et acclamationem, manu propria exarando, et roborationis titulo per hanc membranulam nomina deduxere suorum. Acta in publico conventu sanctorum episcoporum necnon et præclivium primatum et roborum in loco sanctorum Justi et Pastoris vi Kal. Aprilis, inductione instantis cronis habens lustrum unum annosque duos. Aimirus archipræsul. S. Gisandi episcopi. S. Dagberu episcopi. S. Poncei episcopi. S. Alexandri abbatis.

### A I. Decretum quod cleris et populus firmare debet de electo episcopo.

Dominis Patribus illis, venerabilibus scilicet episcopis diocesces metropolitanæ, clerus, ordo, et plebs huic sanctæ Ecclesiæ specialiter obsequentes. Vestræ paternitati et cognitum quantum temporis est ex quo accidentibus variis eventibus hac sancta Ecclesia metropolis nostro sit viduata pastore ac destituta rectore. Quod non solum ad nostrum, verum ad vestrum ac omnis diocesces detrimentum pertinente dignoscitur, cum totius provincie sollicitudinem metropolitano constet esse communam. Propter eligimus hujus diocesces, hujus Ecclesiæ, presbyterum nomine illum, nobis sufficietissime cognitum, natalibus et moribus nobilem, apostolica et ecclesiastica disciplina imbutum, fide catholicum, natura prudentem, docibilem, patientem, moribus temperatum, vita castum, sobrium, humilem, affabilem, misericordem, litteratum, in lege Dei instructum, in Scripturarum sensibus cautum, in dogmatibus ecclesiasticis exercitatum, et secundum Scripturarum trahitem traditionemque orthodoxorum et canonum ac decretorum sedis apostolicæ præsulum constitutiones sano sensu ecclesiasticas regulas intelligentem sanoque sermone docente ac servantem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidem sermonem, et cum modestia corripientem eos qui resistunt, et si qui sanæ doctrine adversantur, eis resistere et redarguere prævalenter, hospitalem, modestum, suæ domi bene præpositum, non neophyptum, habentein testimonium bonum, in gradibus singulis secundum traditionem ecclesiasticam ministrantem, ad omne opus bonum et satisfactionem omni poscenti rationem de ea quæ in illo est specie paratum (*I Tim. iii*); quem nobis quantiorius petimus ordinari pontificem; quatenus auctore Domino regulariter nobis præesse valeat et prodesse, et nos sub eius regimine salubriter Domino militare possimus, quia integritas presidentium salus est subditorum, et ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sanæ est forma doctrinæ. Ut autem omnium nostrum vota in hanc electionem convenire noscat, huic decreto canonico promptissima voluntate singuli manibus propriis laborantes suscripimus.

Hie illius Ecclesiæ archiepiscopus in electionem domini illius Ecclesiæ illius episcopi subscripuit.

Isti in ordinationem illius Ecclesiæ illius episcopi ipso consentiente ordinati consenserunt. Quod præsens inscriptio manifestat.

### II. Aliud decretum cleri et plebis.

Universalis Ecclesiæ sacrosanctis Patribus, præcipue illius diocesis præsilibus, Ecclesia illa, unanimitas scilicet totius cleri et plebis, submissio devotionis obsequium in Domino. Ad aures vestras beatitudinis pervenisse jam novimus excessum plusimi Patris et pastoris nostri illius, et qualiter Ecclesia sibi credita præstantissimo pastore sit viduata plurimis terrarum finibus manifestum esse compemus. Et ideo lacrymabiliter preces uanimis supplicationis vestras paternitati mittimus, ut uobis in substituendo pastore morem patrum et prædecessorum beatorum pontificum imitantes, paternuum uobis ferre auxilium... humiliiter poscentibus pio... moribus et scientia... decoratum compemimus, illum gloriae... decubantem, ejusque servitius immorantem, nobis expeditivus..... postulavimus habendum, et per Dei misericordiam quesivimus..... cedum. Et quoniam divina miserante clementia in ejusdem postulationis devotione benevolum atque concordem prænominationem nostram unanimitatib[us] effecit regem, iuxta hoc quod Scriptura testatur dicendo: *Cor regis in manu Dei est, quocunque volueris vertet illud, totius Ecclesiæ, cleri scilicet plebisque, in ejusdem*

\* Sequentes tres formulas edidit Joannes Cordesius, canonicus Lemovicensis.

præclarissimi viri electione par est devotio, unus àd idemque assensus, in nullo dissimilitudine acclamatio; sed sicut nobis est unus Deus, una fides, unumque baptisma, ita et nobis omnibus in supradicti electione pontificis ordinis consecratione atque substitutio nunc est per omnia velle, et nullum extraneum appetere, quin totius Ecclesiæ voce præsenti decreto concorditer et consonanter conclamando, virum memoratum, non simplici, sed multiplici sermone cordis et corporis devotione nobis pastorem eligere, eumque idoneum, quantum nostræ fragilitati nosse conceditur, tanto pontificio esse, sicut voce fatentur, ita etiam omnium nostrorum subscriptionibus devotissime roboramus, et communis adnotationis decreto, Dei misericordia præduce diuturnitate temporum nobis pastorem habendum eligimus et optamus, more quoque canonico sub gestorum serie confir- mamus.

**A** Epistola vocatoria metropolitani pro consecratione episcopi electi.

III. Dilectissimis fratribus et filiis presbyteris, diaconis, honoratis, clericis, et possessoribus, vel cunctæ plebi illius Ecclesiæ, simulque vocato episcopo illi, M. auxiliante Domino metropolitano sancta sedis apostolice illius. Dilectionem vestram salubriter alloquimur, quia prædictum talen a vobis electum episcopum, virum, venerabilem, tali Ecclesiæ ordinare compellimus, laudemus et honoremus Iesum Christum, ut qui vobis hanc electionis devotionem dedit, nobis quoque perficiendi tribuat facultatem. Jam fatum virum religiosa violentia te- bete, et ad sanctam nostram sedem il. perducere festinate; qui forte magis dignior erit, si se occultare voluerit. Ob quam rem hanc direximus admonitionem, quemadmodum optime placuit sancte synodo episcoporum sine vocatoria suscipi non debere, ne B obscuritas dubia ordinationis incurrat.

## FORMULÆ VETERES EXORCISMORUM ET EXCOMMUNICATIONUM.

### STEPHANUS BALUZIUS TUTELENSIS

IN UNUM COLLEGIT, MAGNAM PARTEM • NUNC PRIMUM EDIDIT, RELIQUAS EMENDAVIT.

#### I.

**B** E N D E C T I O V E L E X O R C I S M U S A Q U A E  
C A L I D Æ S E U F R I G I D Æ I N Q U A M A N U S A D J U-  
D I C I U M M I T T I T U R .

Cum homines vis mittere ad comprobationem judicii  
nique calidæ, primum fac eos intrare cum omni humili-  
tate in ecclesia; et prostratis in oratione, dicat sacerdos  
has orationes.

#### Prima oratio

Auxiliare, Domine, querentibus misericordiam tuam, et da veniam conscientibus. Parce supplicibus, ut qui nostris meritis flagellamur, tua miseratione saltemur. Per.

#### Secunda oratio.

Quæsumus, omnipotens Deus, afflicti populi lacry-  
mas respice, et iram tue indignationis avertie, ut qui  
reatum nostræ infirmitatis aguoscimus, tua consola-  
tione liberemur. Per.

#### Tertia oratio.

Deus, qui conspicis omni nos virtute destitui, interius exteriusque custodi, ut et ab omnibus ad-  
versitatibus muniamur in corpore et a pravis cogita-  
tionibus mundemur in mente. Per.

His orationibus compleatis, surgat pariter, et coram  
hominiis illis cantet presbyter missam, et faciat eos  
ad ipsam missam offerre. Cum autem ad communionem  
venient, antequam communicent, interroget eos sacer-  
dos cum adjuratione et dicat:

Adjuro vos, homines, per Patrem et Filium et  
Spiritum sanctum, et per vestram Christianitatem  
quam suscepistis, et per unigenitum Dei Filium, quem  
Redemptorem creditis, et per sanctam Trinitatem,  
et per sanctum Evangelium, et per reliquias quæ in  
ista sancta ecclesia sunt recondite, ut non pre-  
sumatis illo modo ad istam sanctam communionem  
accedere nec sumendo communicare si hoc vel illud  
licetis, aut consensistis, aut aliquam veritatem inde  
scitis, seu qui hoc egit hostis.

**C** Si autem tacuerint, et nullam inde professionem di-  
zerint, accedat sacerdos ad altare, et communicet  
more solito, postea vero communicet illos. Cum autem  
communicant ante altare, dicat sacerdos: Corpus hoc  
et sanguis Domini nostri Iesu Christi sit vobis ad  
comprobationem hodie. Expleta missa, descendat sa-  
cerdos ad locum destinatum, ubi ipsum examen per-  
agatur. Defterat secum librum Evangeliorum et crucem,  
et cum modicam letaniam; et cum compleverit ipsam  
letaniam, exorcizet et benedicta aquam ipsam antequam  
ferret, ita dicendo:

Exorcizo te, creatura aquæ, in nomine Dei Patris  
omnipotentis, et in nomine Iesu Christi Filii ejus  
Domini nostri, ut has aqua exorcizata ad effugandam  
omnem potestatem inimici et omne phantasma dia-  
holi; ut si hic homo, qui manum suam in te missurus  
est innocens exsisterit de hac culpa unde reputatur,  
pietas Dei omnipotentis liberet eum; et si, quod ab-  
sit, culpabilis est, et presumptiose in te magnum  
mittere ausus fuerit, ejusdem omnipotentis virtus  
super eum hoc declarare dignetur, ut omnis homo  
timeat et contremiscat nomen sanctum gloriae Domini  
nostrí, qui vivit et regnat Deus per omnia æcula.

#### Oratio.

Domine Iesu Christe, qui es index justus, fortis,  
et patiens, et multum misericors, per quem facta  
sunt omnia, Deus deorum et Dominus dominantium,  
qui propter nos homines et propter nostram salutem  
de sinu patrii descendisti, et ex virginе Maria car-  
nem assumere dignatus es, et per passionem tuam  
mundum in cruce redemisti, et ad inferos descen-  
disti, et diabolum in tenebris exterioribus colligasti,  
et omnes justos, qui originali peccato ibidem detine-  
bantur, magna potentia tua exinde liberasti, tu Do-  
mine, quæsumus, mittere digneris Spiritum tuum  
sanctum ex summa coeli arce super hanc creaturam  
aque, quæ ab igne servescere atque calescere vide-  
tur, ut rectum iudicium per eam super hunc homi-  
num nomine illo comprobet ac manifestet. Te, Do-  
mine Deus, supplices deprecamur, qui in Cana Gali-